

Georg Alexander Ruperti


Dispvatio Philologica Ad Chabacvci Cap. III

Bremæ: Typ. Dider. Meier, [1792]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1671686780>

Druck Freier  Zugang






48^a 7A

F. C. = 4105¹⁻⁷

Psalm-Lanziger:

- 1, *Observat. crit. atque exegeticae ad loca quaedam V. S. Auctore Haenlein Göttingae, 1788.*
- 2, *Disputatio philologica ad Habacucii Cap. 3. Auctore Puperti. Bonnae 1792.*
- 3, *Habacucii vaticinium commentario critico atq. exegetico illustratum. Auct. Hofsd. Hafniae, 1792.*
- 4, *גיב, אשרפתי רון דג, גיבויג, 1797.*
- 5, *Sonae et Obsequae oracula, Syriace. Auctore Grimm. Dordburgi, 1805.*
- 6, *Comment. hist. exegetica de ortu theologiae veterum Hebraeorum. Auctore Bertholdi. Erlangae, 1802.*
- 7, *Tars II.*
- 8, *Der Gott Harupus, de engl. Schrift der Universal-Bibliothek, von Baum. Jenaer, 1806.*
- 9, *Explicatio brevis psalmi 69. Auctore Müller. Harnburgi 1812.*
- 10, *Die ursprüngl. Gesault zu psalm, wiffen u. moaische Disziplin; Amberg, 1821.*



707
DISPV TATIO PHILOLOGICA

2,

AD

CHABACVCI CAP. III.

QVA

AD DIEM NATALEM

GEORGII III.

AVGVSTISS. BRITANN. REGIS

A. D. IVNII A. R. S. MDCCXCII

AB HORA II. POSTMERID.

IN GYMNASII STADENSIS AVDITORIO

ORATIONIBVS PVBLICE RECITANDIS

SOLENNITER AGENDVM

OMNES LITERARVM HUMANIORVM

PATRONOS ET FAVTORES

OFFICIOSE ET HVMANITER

INVITAT

GE. ALEX. RVPERTI

GYMNAS. STAD. RECTOR.

~~~~~  
BREM AE

TYP. DIDER. MEIER, ILL. GYMN. TYPOGR.

DISPUTATIO PHILOLOGICA

AD

CHABACVI CAP. III

QVA

AD DIEM NATALIS

GEORGII III

AVGVSTISSIMI REGIS

*Handwritten signature*

A. D. 1781 A. R. SINDICKI

AD HORA II. POST MERIDI

IN GYMNASII STADENSIS AUDITORI

ORATIONIBVS PVBLCIS RECITANDIS

SOLENNITER AGENDVM

OMNES LITTERARVM HUMANIORVM

PATRONOS ET FAVTORES

ORATIONE ET IMAGINE

TRIVIT

GE. ALEX. RYPERTI

GYMNASII STAD. RECTOR

BREMAE

TR. DIDER. MEIER, III. GYMNASII



# CHABACVCI

## CAP. III.

**H**ymni vel odae argumentum est liberatio populi Iudaici, in seruitutem potestatemque Chaldaeorum redacti. Animo poetae cum interitus regni Iudaici, quae huic aliquando successura sit, redemptio popularium suorum e captiuitate, obuersatur. Hinc non minus horrore quodam perfrusus et viuido irati numinis sensu obpressus, quam amore Dei paterno et propensissima erga populum dilectum voluntate recreatus, primum supplex ad Deum preces fundit, vt opem cultoribus suis promissam mox ferat. v. 2. Iam vero non dubiam concipiens spem, fore, vt Deus optatis suis respondeat, confestim rationem, qua id euenturum putat, adnectit, quae quidem talis est, qualis expectari poterat, digna numine supremo, digna magno poeta. Enthusiasmo enim excelsiore correptus magnarumque imaginum plenus, subito orationis colorem mutat, et lectorem in medias res rapit. Audit iam Deus preces a vate fusas et Iudaeis auxilio venit:

A

fed,



sed, vt Iouam decet, in graui tempestate,  
 curru tonante vectus. Quocumque inue-  
 hitur, hostes vel prosteruntur, vel cum  
 finitimis certe populis Deum in nubibus  
 praesentissimum suisque capitibus inpen-  
 dentem exhorrescunt; tota rerum natura  
 fulminum iactu, fragore tonitruum et ter-  
 rae motu intremiscit, montes aeterni solo  
 Dei adpectu finduntur, coelum in imbres  
 soluitur, flumina et riui insolita aquae co-  
 pia exuberant terramque inundant, spissae  
 nubes, coelo obductae, solis et lunae lu-  
 cem condunt, fulminibusque erumpenti-  
 bus diffiliunt: omnia horrorem tanti numi-  
 nis, nimbis vecti, spirant. v. 3-12. Hoc  
 fulminum terrore Deus hostes perstringit,  
 et certam in Chaldaeorum regno stragem  
 edit. 13-15. Terribilis scena, quae et for-  
 tissimum ad tempus animum percellere pos-  
 sit! Poeta itaque ancipiti metu trepidus,  
 irati et fulminatoris Dei adpectu torpet.  
 Sed mox animum recipit, memor, hoc  
 esse initium salutis summaeque felicitatis,  
 quae olim, prostratis Dei ope hostibus, po-  
 pulo Iudaico, a Cyro, Persarum rege, in  
 libertatem vindicato impendeat. v. 16. Qua  
 spe iucunda dolorem metumque suum leni-  
 re quaerit, et laeto animo benignitati diui-







inde orientem petere Arabiaeque desertis ingruere solent) *deinde* a poetis vulgo tempestatem describi per iuga montium progredientem, vbi scilicet gravior et continuus coeli fragor est: *tum* ἐπιφρονειαν vel adventum numinis precibus potissimum vel hymnis quasi elici et accelerari, tempestate autem et motu imprimis terrae indicari; quae idea priscis populis tam familiaris fuit, vt ne a vulgari quidem prosae orationis vsu abhorreret: (Cf. Act. Apost. XVI, 25. Virg. Aen. III, 90. sq. VI, 255. sq. Callim. H. in Apoll. pr. vbi v. Spanh. et inpr. Pindar. Pyth. IV, 343. sqq.) *praeterea* Deum a sacris vatibus saepius fingi, in procella curruque tonante cultoribus suis auxilio venire et hostes fulminum terrore perstringere: *denique* maiestatem Dei, in gravi quadam tempestate advenientis, plerumque a poetis hebraeis imaginibus, a descensu eius in montem Sinam et augusta illa latae legis scena, petitis exornari. Haec, quae monui, confirmant praeter alia loca Exod. XIX, 16. sq. Deut. IV, 11. 12. XXXIII, 2. Iud. V, 4. 5. inpr. Psalm. XVIII, 8-15. XXIX, 3. sqq. LXVIII, 8. sq. CXLIV, 5. sq. Mich. I, 3. 4. Coran. Sur. LXIX. XCIX. Cl. Cf. Michaelis ad Lowth. de P. S. H. not. 44. et



et pag. 189. 190. 552. sqq. Ceterum Cel. Schnurreri, Schroederi et Kofod commentarios in carmen nostrum mihi nondum ad manus fuisse, sed ex literariis tantum Analibus innotuisse doleo.

v. 1. O Ioua, audiui effatum tuum, timore percussus sum! O Ioua, opus tuum mox manifestum, mox, quaeso, notum facias, h. perficias. שמע quod auditur, adeoque vel effatum, vel res, de qua rumor et fama est, illustris, praeclara, miraculum. Respondet פערל, et vtrumque respicit Cap. I, 5. sqq. Cel. Schnurrer voc. שמע refert ad oraculum, quod perierit. בקרב שנים in adpropinquatione, vel potius in breuitate annorum, ἀρχαῖως pro breui tempore, mox, vt من قريب et מקרב Psalm. LXXIV, 11. vbi v. Schultenf. Animadu. et ei. Comment. in Iob. XX, 5. nisi בקרב שנים temporibus nostris refingere malis. Vtrique coniecturae fauet cap. I, 5. et II, 3. priori etiam iteratio verborum, quae sic magnam vim habet. חייהו ob parallel. membr. (nam cum תודיע iungitur) idem esse videtur quod חייהו, nisi id ipsum reponendum censeas, quod oi ó forte legerunt, et vnus certe cod. Kennic. exhibet. Verba יהוה

A 3

פערל



LXX. et Edit. VII. exponunt *Κορις μαρ-*  
*τυνησας τα έργα σου και εξήγησε.* Forte in qui-  
 busdam codd. ראיתי pro יראתי legerunt,  
 et vtrumque exprimendum putarunt. **מלך**

pro **מלך** nomen tuum in vers. Syr. rescriben-  
 dum. **פעליך** opera tua, cod. i. et forte  
 LXX, Syr. et Edit. VII. non male. **בקר**  
**בשנים חיים** in medio annorum vitae, Syr.

forſan et LXX, etſi proprie **חיות שתי חיות**  
 expreſſerunt: nam vertunt *εν μεσω δυο ζωων*  
*υπερμαρτυρησας*, respicientes fortasse ad animalia,  
 quae Dan. VII. 4. 5. Assyriorum et Persa-  
 rum regnum innuunt. Aliorum coniectu-  
 ras memorarunt Biel in Theſ. philol. v.

*ζωων*, et Glaff. Philol. S. p. 114. sq. **חייהם**  
 f. Chaldaeus, qui vertit. *in medio annorum*,  
*in quibus dedisti eis vitam.* **חורו** vel **חורעו**  
*notum fac illud* coni. Cappellus, prob.  
 Houbig. **בקר שנים חייהו** *εν τω εργαζειν τα*  
*ετη ζωωσαν αυτε*, Aquila. **בקר שנים חורע**

*εν τω εγ. τα ετη επυμαρτυρησας*, LXX. **חורע**

**חורע** etiam Syrus habet. Hinc Michae-  
 lis interpretatur: *opus tuum*, urbem et tem-  
 plum Hierosolymorum *quum anni adpropin-*  
*quaverint*, h. iusto et a te definito tempore,  
*restaura*, et iusto tempore cognoscaris. v. Ei.

Bibl.



Bibl. Or. T. XXIII. p. 180. Ill. Schnurrer  
exponit. *Iehova opus tuum*, Israelem, (cf.  
Esa. XLIII, 1. XLIV, 2-24. XLV, 11.) *in-*  
*tra illud tempus exilii Babyl. serua; intra*  
*illud tempus adsis:* (תורע, praesentem te  
populo atque adiutorem factis declara) *in-*  
*ignationem tempera miseratione.*

v. 3. *Theman*, Idumaea, et *Phavan*  
*mons*, in eius limite situs, (Cf. Cl. Nie-  
buhr. Itinerar. T. I. p. 240.) cum dilectu  
nominantur, quoniam inde tempestas orta  
tempore Sinaiticae legislationis, vnde sacri  
poetae in descriptionibus tempestatis varias  
imagines et ornamenta desumere solent.  
Vulgo tamen putant, vatem nostrum, vt  
animos suorum ad iucundam certamque  
liberationis spem erigeret, a v. 3-12. mira-  
cula Dei, olim in populi sui salutem edita,  
ex prisca historia repetiisse, et diuina in  
Iudaeos collata beneficia in memoriam iis  
reuocasse. יבוא ἀορίσως accipe, vt reliqua  
futuri temporis verba. v. Glass. Phil. S.  
T. I. p. 310. sq. et Michaelis ad Lowth. de  
P. S. H. not. 74. קרוש δειωός pro vulgari  
קרוש ישראל vel קרוש מתימן Arabs  
من المشرق ab Oriente. Vulg. ab Austro.  
Theodot. ἀπο νοτιου. All. ἀπο λιβου. Male!

A 4

הורו



כסה שמים הורו *maiestas Dei coelam densa*  
 nube, tamquam veste superiniecta, *obtexit*.  
 תהלתו מלאה הארץ *gloria eius repleta est*  
*tellus*, magnificentum hoc spectaculum homi-  
 nibus piam supremi numinis venerationem  
 inspiravit. Alii vocibus הור et תהלה (א  
 rad. הלל <sup>ה</sup>, *splenduit*) *splendoris* vim tri-  
 buunt, vt sensus verborum sit: *fulminibus*  
*aer et tellus replentur*. Sed hanc ideam  
 poeta versu seq. expressit.

v. 4. ננה כאור תהיה *splendor* ignis nu-  
 bibus inclusi *instar solis* (vt Pf. 37, 6, Iob.  
 22, 28. Esa V, 30. LX, 1.) *radiat*. De  
 voc. ננה v. Schultensf. ad Prov. IV, 18. Mi-  
 chaelis not. 44. ad Lowth. de P. S. H.  
 p. 178. et Supplem. ad Lex. hebr. p. 1594.  
 קרנים מידו לו *radii e manu eius* emittuntur.  
 קרנים *radii*, maxime solis, quos Orienta-  
 les cornuum specie adumbrare solent, vel,  
 vt Lat. *fulgor*, pro vulgari ברקים. Nam  
<sup>50.</sup> קרן proprie est *extremitas et summum in*  
*quavis re* v. c. *vertex montis*, vt קרן Esa. V,  
 1. et *superna absis solis, pars orbis solaris*  
*primum exoriens*, et radii solis, vnde ipsa  
 radix קרן proprie *splendere, effulgere, emi-*  
*care* significat, vt Exod. XXXIV, 29. 30. 35.  
 vbi



vbi antiquae versf. dignae sunt, quae conferantur. Hinc ad *cornua*, ex animalium capite *prominentia*, et ad alias quoque res *eminentes* et protuberantes, v. c. ad *angulos altaris* transfertur. Cf. Pl. 132, 17, et Iob. 16, 15. Numeri dualis forma nos morari non debet: quam eiusmodi nomina, quae plerumque eam habent, etiam iis fere locis retinent, vbi non vulgari sensu adhibentur, v. c. Lev. XI, 23. Esa. VI, 2. Zach. III, 9. Praeterea a solis punctis vocalibus pendet: vt taceam, ea nonnunquam vim et magnitudinem denotari, vt Cohel. X, 18. vel ad fulmina *bisulca* s. *bisida*, et ab utroque Dei latere coruscantia, illam referri posse. מִיְרָי spectat ad dextram Dei coruscantem vel rubentem, qua fulmen ab eo vibrari poetae fingunt: et לֵי ex antiqui sermonis indole abundat. Vix tamen mihi temperare possum, quin scribam מִיְרָי *radii fluctuabant* vel *fulmina undabant ipsi*, a rad. *agitata, mota fuit res*, vnde mox v. 6. וַיִּמְדֵּר אֶרֶץ *concutit terram*. Idem nunc video in mentem venisse Michaelis in Suppl. ad Lex. hebr. p. 1500, et ita iam Ionath. legisse suspicari fere possis: nam παραφραζει: וְזִקְקִין מִמְּרַכְבַּת יִקְרִיה נִפְקִין et *scintillae e*



curru s. throno gloriae eius (h. curru volucri et Cherubis, equis tonantibus) egrediebantur. Perverfa est versio Syri: *in civitate* (בקרית) *manuum suarum collocabit robur suum in vallo*: sed mendum redolere videtur. קרנים כידור לו *cornua scintillationis ei sunt*, refingit Houbig. idque pro *habitabit in igne radiante* dictum putat, coll. Iob. XLI, 11. — ושם חביון עזה *sed ibi*, in coelo vel nubibus, *latibulum potentiae* s. maiestatis et gloriae eius: h. e. tota autem Dei maiestas non conspiciebatur, sed in densissima caligine (*media nimborum in nocte*, Virg. Ge. I, 328.) et atris nubium recessibus latebat, vt Κελαινεφης αἰθερι ναίων. ושם *et posuit*, LXX, Syr. All. Aq. et Symm. prob. Michaelis. Recte, opinor: nam vix adparet, quo שם pertineat. חביון h. l. non *zabernaculum* significare videtur, sed *latibulum*, a rad. חבה, חָבָא, *extinctus* vel *proprie occultatus fuit ignis*, vt חבא et חָבָא, vnde חָבִיבִים *locus reconditus*, et חָבִיבִים *latibulum, abdita res* v. c. in Hist. Tim. p. 392. Cf. Schultenf. ad Harir. Conf. I. p. 35. et II. p. 96. חביון עז Simonis in Lex. hebr. explicabat *ardorem vehementiae* h. vehement-

men-



mentem, (vt ען אה Pf. XC, 11.) coll. Ar. **حبا** *saeruit, arsit, et Syr. חבב* *adensus fuit*. Anonymus interpres vertit: *sed supra erat tegumentum splendoris magnifici eius*, h. e. sed nubibus spissis, quibus coelum obtegebatur, splendor iste paululum temperabatur, vt חביון sit synon. ענין עז, et ען *nitor, splendor*, quod mihi quidem locus, ad quem prouocat, Pf. 78, 61. non persuasit. ענין Keri in textu habent codd. 35. editt. 3. prim. 6. forte 2. probb. Houbig. Barth. et Anon. Sed suffixum 3. perf. sing. num. masc. gen. Arabibus et Aramaeis ה non 3. esse, eandemque orthographiam Chabacuco (cf. I, 9. 14. et II, 4.) aliisque scriptoribus sacris familiarem fuisse, multis exemplis, quibus plura facili negotio adicere possem, adstruxit Michaelis in Colleg. crit. super Psalm. XVI. p. 85. sqq. Καὶ ἔβητο ἀγροπῆσιον κραταίων ἰσχυρός αὐτῆς LXX, חביון *perperam deriuantes a rad. חבב* *dilexit*.

v. 5. *Mors eum praecedit; aues voraces vestigia eius legunt.* Mors persona est, et gradientem eam cernimus. Alites sequuntur, vt deuorent hostium corpora, fulmine percussa. Magnifica imago et ad gravem tempestatem, qua Deus aduersus Chaldaeos pugnare fingitur, adumbrandam  
aptif.



aptissima, quae magis exornatur Ezech. XXXIX, 4. 17-20. Deut. XXXII, 24. Apoc. XIX, 17. 18. et in Michaelis Chrestom. Arab. p. 77. edit. prior. Conf. omnino eiusd. not. 93. ad Lowth. et *Beurtheilung der Mittel* cet. p. 298-307. רבֿרֿ λογος, LXX et Theodot. qui de verbo legis, in monte Sinaitico latae, cogitarunt. Melius Aquila et recentiores interpp. tantum non omnes רבֿרֿ *pestem* exponunt. Nos Vulg. Syr. Symm. et Verf. V. secuti sumus, etsi non ignoramus, Cananitas olim a Deo peste euerfos fuisse. Nam poetam in hac tempestatis descriptione, a qua pestis aliena est, eo respexisse parum probabile est.

v. 6. Iam horrenda recensentur prodigia, tempestatis scenae. Summum πᾶδος in singulis! *Gradum sistit* Ioua in terribili, qua incedit, pompa: Sed quantos effectus haec mora producit? *Terram concutit*: vbi pedem figit, terra sub eo intremiscit. *Ira- tus adspicit gentes*: (nam ראה h. l. ἐνεργῶς et θεῶς positum) et solo hoc adspectu *terrorem iis incutit*, cet. Abrupta oratio poetam decet, omniaque horrorem spirant. Cf. Mich. I, 3. 4. Pl. XVIII, 8. sq. Horat. Od. I, 2. pr. et 34, 5. sq. Hom. Il. Θ, 75. sq. וְאֵיךְ וַיִּסְרֵר אֶרֶץ וַאֲנִי וַיִּסְרֵר אֶרֶץ וַאֲנִי LXX, וְאֵיךְ אֶרֶץ



ארעה *et commovit terram* Chald. Recte,  
 puto. v. ad v. 4. Vulg. Syr. Anon. Graecus  
 et recentiores interpp. tantum non omnes  
 explicant: *et dimensus est terram* scil. Cana-  
 niticam; (a rad. מרר) circumspexit ter-  
 ram, quam Iudaei occuparent, et singulas  
 eius partes horum tribubus diuisit. Non  
 male, si poeta beneficia, a Deo olim in po-  
 pulum suum collata, commemorare cen-  
 sendus est. Sed, quae mox sequuntur,  
 verba omnino ad descriptionem tempesta-  
 tis referenda sunt, quam vates noster vsque  
 ad v. 13. exornare videtur. ויתר גוים *et*  
*terrore percellit gentes*, a rad. נתר, נתר,  
*fidit, percussit*, unde נתר<sup>501</sup> confossio violenta,  
 et נתר<sup>5101</sup> confossio penetrans, oratio vehemens,  
*qua quis perstringitur*. v. Schultens. ad Iob.  
 VI. 9. Quae deriuatio si cui displicuerit,  
 auctor ei sum, vt a punctis vocalibus rece-  
 dat, collato Arab. وتتر *perterrefecit*. *na*  
 ٤٢٤٥٥٥ LXX. *dissoluit gentes* Vulg. Haec  
*dissoluendi* vel *dissipandi* notio, quam vulgo  
 huic verbo tribuunt, ex Arabismo petita  
 est, in quo נתר *spargere, dispergere, pro-*  
*fundere* significat. Sed Arabum ت non nisi  
 hebr. ו respondet, quod exemplis, a Schul-  
 ten-



tensio passim adlatis, haud refellitur.  
 הררי-עך יתפצצו *montes sempiterni diffi-*  
*liunt*, a rad. פצץ, פצץ, *diuulsit, diffregit*  
*cum diffultu partium*; nisi malis *diffluunt*, a  
 rad. פוץ. De utroque verbo v. Schultens.  
 Orig. hebr. L. I. c. 4. et S. V. Knapp ad  
 Psalm. XCVII, 5. שחו נכעות עולם *colles*  
*antiqui subsident*, deprimuntur. שחה et  
 שח, vt שחה et שוח, *inclinari*, propr. *de-*  
*fluere*. Verba עך et עולם non otiose, sed  
 deuōis adiecta: nam ad Dei tempestatisque  
 vim augendam, et ad viuidiorem tam mi-  
 serationis, quam horroris sensum excitan-  
 dum haud dubie valet, si montes collesque  
 non heri vel nudius tertius orti, sed ipsa  
 aetate quasi venerabiles, et per secula tam  
 firmi atque immobiles, vt nulla vi concuti  
 posse videantur, repente soloque Dei ad-  
 spectu finduntur vel deprimuntur. *καὶ δια-*  
*σπυβηται αὐτὰς βίβλας* LXX, qui עך pro עך legisse  
 videntur. הליכות עולם לו *quae aeternae*  
*suis ambulationes vel viae fuerunt*, h. e.  
 montes collesque, quos Deus ab antiquis-  
 simis inde temporibus incoluit et lustrauit,  
 vel frequentauit. Imago nostra, ni fallor,  
 desumpta a communi illa omnium fere an-  
 tiquarum gentium opinione, qua Dii loca  
 quae



quaedam, vbi arae ac templa in honorem eorum exstructa sunt, et ipsi celebriore aliqua religione coluntur, in primis montes, coelo quippe propiores et nubibus inuolutos, incolere saepiusque inuisere finguntur: vnde Sion passim vt mons summo numini sacer aeternaue eius sedes describitur. Cf. inpr. Psalm. 68, 15. sqq. et 132, 14. Cel. Schroeder verba nostra sic interpretatur: *continui itinerum, bellorum et victoriarum eius progressus.* Anon. interpres et, qui eum secutus est, Dathe: *vastationes seculi, ruinas aeternas, infert, quarum indicia multa post secula adhuc conspiciuntur.*

إِذَا، إِذَا et إِذَا exitium, interitus, a rad. إِذَا perit, perdidit. Sed huius significationis, Arabibus frequentissima, vestigia in sacro codice vix reperias.

v. 7. Descriptio tempestatis orientem, et quidem Arabiam eiusque deserta petitorum, vbi populis, quibus imminet, terrorem incutit. Cf. Ps. XXIX, 8. Exod. XV, 14. 15. et Iud. VI, 16. 21. *Sub vel in dolore, metus plena, video tentoria Cuschaorum; contremiscunt tabernacula Midianitarum.* ¶ legendum est, nisi ¶ idem significat. Pro ipsis populis, Nomadum more viuen-



viuentibus, tentoria eorum memorantur.  
De voc. כושן v. Michaelis Supplem. ad  
Lex. hebr. p. 1253. et Spicileg. geograph.  
P. I. p. 146.

v. 8. Noua tempestatis scena, cuius fa-  
cies terribilis motu terrae vel imbri, ingen-  
tibus repente procellis effuso, (v. ad vf.  
seq.) augeri videtur. Inde adtonitus mira-  
tur vates, maria quoque et flumina terram  
inundare. *Num in flumina quoque exardet  
Iova? num in fluuios ira tua? num in mare  
indignatio tua conuertitur.* Mutatio perso-  
narum adfectui non minus conuenit, quam  
interrogatio: neque adsequor, quare Lud,  
de Dieu, Anonymus et Dathe particulae ה  
vim adfirmandi h. l. tribuendam iudicent.  
Si interrogationes cumulantur, ה et א  
vices alternare solent. Vulgo ad transi-  
tum Israelitarum per Iordanem, et mare  
rubrum, tempestate viam muniente, re-  
spici putant. Ego potius crediderim, poe-  
tam in tempestate exornanda pergere. Cf.  
vs. seq. כי תרכב על-סוסך מרכבתך ישועה  
*cum conscendis equos tuos, currus tuus victoria  
est h. inuictus.* Finge tibi currum, qualem  
auctor Psalmi LXVIII, 10. vel Milton in  
Paradise lost lib. VI, 746. sq. descripsit. De  
Che-



Cherubis, equis tonantibus Ebraeorum v. Michaelis Commentat. Societ. Reg. Scientt. Goett. prael. T. I. p. 157-184. et Epimet. ad Lowth. de P. S. H. p. 189. sq. Cf. Psalm. LXV, 12. LXVIII, 15. XCIX. pr. CIV, 3. 4. Currus tamen tonantes pro bellicis male obtrudi Ebraeis, putat Ill. Eichhorn allg. Bibl. d. bibl. Literatur T. I. p. 358. חרכב <sup>ἐπιβηση</sup> LXX. <sup>قربك</sup> Ar. <sup>ἀνεβη</sup> Anon. Gr. *adscendis* Vulg. מרכבת<sup>ך</sup> cod. 1. forte et Ion. ac Syrus. Non male: sed plur. num. etiam pro sing. ponere poetis licet et mos est. Vix tamen dubito, quin מרכבת<sup>ך</sup> vertendum sit, *equi tui*, vt Arab. <sup>مركب</sup> et hebr. רכב, a rad. רכב *conscendit* equum, currum cet. <sup>ἡ ἵππασια σου</sup> LXX. et Ἄλλος. An מרכבות<sup>ך</sup> poetis *equi* dicuntur, vt ἀρμυρα Pind. Pyth. II, 21. et *currus* Virg. Ge. I, 514. III, 91. et Aen. VII, 163. XII, 287? ישועה *victoria*; quae propria voc. vis est. v. Michaelis Supplem. ad Lex. hebr. p. 1174. et ad Lowth. de P. S. H. not. 61. et S. V. Knapp ad Psalm. XX, 6. Anonymus intérpres, et, qui eius vestigia legit, Dathe h. l. explicant: *quando equis veheris tuis curvibusque per spatia amplissima scil. aeris, h. e. per atmosphaeram.* Non ignoro qui-

B dem.



dem, hanc verbi *ישועה* notionem primariam esse, si fides habenda Schultensio Origg. hebr. T. I. p. 16. 1q. et Vindic. p. 21. sqq. vbi contulit Ar. *ישועה* <sup>501</sup> *amplus, spatiosus* fuit, vnde *ישועה* <sup>501</sup> et *ישועה* <sup>511</sup> *spatium amplum* et deinde *omnis commoditas, copia atque opulentia*. Sed quae erudite et copiose Il. cc. disputavit, nituntur fere omnia incertis etymologis et coniecturis, quibus vir doctus nimis indulgere solebat.

v. 9. Locus difficillimus, in quo faciliori negotio destruas aliena, quam moliaris et fruas tua. Recensebo primum varias aliorum interpretationes, sed, ne nimis euagetur disputatio mea, breuiter et nullo fere iudicio interposito. Alexandrini ita vertunt: *ἐντεινων ἐντεινας τὸ τόξον σου ἐπὶ τοῖς σιγητραῖς, λέγει Κύριος. (יהוה אמר אלה)* *ποταμων παρησεται (תבקע) גי* Vulgatus: *suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus, quae locutus es: fluuios scindes terrae.* Syrus: *euigilans euigilabit arcus tuus, et saturabuntur (שבעות) sagittae ad iussum tuum,* (vt fere Cl. Schroeder: *saturata erant hostium sanguine tela imperii, h. e. quae quasi imperium iaculantis promte exsequuntur,* adeo-



adeoque validissima sunt et alte penetrantia) gloria: et terra discindetur (עַרְבֵי) fluminibus. Chaldaeus: reuelando reuelatus es cum potentia tua propter foedus tuum, quod cum tribubus verbum tuum pepigit in secula: ipse scidisti rupes fortes, et manarunt flumina inundantia terram. Άλλος: ἐξηγεσθη το τοξον σου, ἐχορτασας (עַרְבֵי) βολιδας της Φαρετρας αυτε. ποταμους διασπιδασεις και γην σωσεις. Anonymus interpres: Cataractis coelitus erumpentibus (عُرْوِي imbrivum vehemens effusio, ein Wolkenbruch) ignominia adfecis (Ar. عار med. ي opprobrio adfecit) arcum tuum, hoc signum sanctionis, (propr. iusiurandum) quod demittit (מַטוֹת part. in Hiph.) h. e. in oculorum sensus cadere sinit promissionem (מַטָּה vt Psalm. LXVIII, 12) olim Noacho datam. Et sic fere Dathe: *Hac cataracta suspectum reddis arcum tuum, spem frustraris, quam ex arcu tuo conspecto concipimus, (عار med. و frustratus est, repulit petentem et expectantem) testem promissionis, fluminibus terram scindis.* Vir doctus in S. V. Seileri theol. crit. recens. nouorum libr. Vol. I. P. 3. a 1779. *Der Wolkenbruch — deinen Regenbogen deckt er;*



*Deine theure Verheißungen sinken: Heil sagtest du zu* — (h. e. promittebas, te nunquam diluuiio iterum vastaturum esse orbem terrarum) *doch entfürzten Fluthen der Erde.* Michaelis: *Entbloest, gerichtet ist dein Bogen;* (vt fere vulgo exponunt: *nudando nudatur arcus tuus*, h. e. ex coryto s. theca et armamentario, cui inclusus est, protrahitur) *deine Pfeile trinken Blut,* (שִׁבְעוֹת) *wie du zugesagt hast; Ströme spaltetest du, das Land hervorkam.* Ill. Schnurrer: *Nudando excitatus fuit arcus tuus, satiata sunt* (שִׁבְעוֹת) *tela, triumphus* (אָמַר solenne verbum carminis triumphalis Pf. LXVIII, 12.) *canitur;* אָמַר scil. הָיָה. Cf. Cel. Eichhorn Allg. Bibl. d. bibl. Literatur T. I, p. 359. Omitto aliorum explicationes et coniecturas, in quibus multo minus ad quiescere possis; et iam meas adiicio, sperans, viros doctos in re tam obscura et difficili errori veniam daturus esse. Verba עָרִיָה תַעֲוֹר קֶשֶׁתְךָ, si תַעֲוֹר legeris, exponi possunt: 1) *cum tremore occoecat arcus tuus*, h. e. fulmina tua terrorem incutiunt aciemque oculorum praestringunt. עָרִיָה, עָרָוֹ tremor, *initium paroxysmi febrilis*, a rad.

עָרָו



عَرَّ *paroxysmo*, pec. febrili, *eiusue tremore correptus fuit*. Radici autem עור *coecitatis* notionem inesse, vel ex nominibus inde deriuatis, עור, עורת, et עורון adparet. Origo eius petenda ex lingua Arabica, in qua غار med. و significat, *altius depressus fuit in cavitate sua oculus*. Vis *occoecandi* etiam subiecta est radici عار med. و, vnde عايرٌ et عوارٌ *res occeocans oculum, festuca, palea*, et vulgaris illa loquendi formula عايرٌ عايرٌ et عايرٌ عايرٌ *copia, multitudo, quanta implere ac velut occeocare possit oculos*. Cf. Schultenf. ad Harir. Conf. III. p. 133. 134. — 2) *vehementi imbrum effusione saeuit*, vel, si malis, *vastitatem efficit arcus tuus*, h. e. fulmina imbribus coniuncta sunt et late omnia funditus euertunt.

عريه <sup>10 1</sup> *magnarum guttarum pluuia*. عار autem med. و valet *feruescere, aestuare*, quam notionem primariam esse verbi عور, et inde عور Hof. XI, 9, et alibi *iram vehementiorem* dici, pluribus probauit Cl. Schroeder Obseruatt. ad Origg. L. H. p. 25.



Cf. Schultenf. Animadv. ad Deut. XXXII, 11. Eadem radix significat etiam *excurrere in hostem divipiendo, capiendo, populando*, vnde ער *hostis* et עיר *depopulatio* Ier. XV, 8. Iob. XXIV, 12. קטא vero, vt mox מטות et v. 11. חצים et הניתים ad fulmen referri potest. Cf. Psalm, VII, 13. — Ex verbis, quae sequuntur, שבעות מטות אמר סרה, nemo facile, nisi fideculis adhibitis, commodam extorqueat sententiam. Experiamur itaque, num ea vel accentibus punctisque vocalibus mutatis, vel literis alio modo diuisis, exsculpi possit. In varias autem incidi coniecturas, quas non nisi timide iudicio virorum doctorum submitto. עריה תערי magnarum guttarum pluuia saeuit vel vastitatem efficit: קשתה שבעת מטות arcus tuus satur, satiatus est, telis; innumera tela, h. e. fulmina iacularis. Tum שבעת est stat. constr. foem. gen. vocis שכע satur, in foem. שכעה Prov. III, 10. שבעת sine ן exhibent 6 codd. Kennic. et a m. pr. 1. שכעה etiam legit Anonymus graecus. Idem vero et Syrus מטות verterunt tela, h. e. fulmina, quae etiam v. 11. חצים et הניתים hastae vocantur. Haec quidem signifi-

nifi-



nificatio praeter hunc locum non nisi inf. v. 14. et 1 Sam. XIV, 27. occurrit, adeoque in dubium vocari potest. Sed primum poeta noster exquisitis et insolentioribus dicendi formis uti solet: deinde huic loco optime conuenit: denique omnino etiam analogiae consentanea est. Plura enim verba, quae *baculum* vel *virgam* denotant, ab Orientalibus ad *tela* transferuntur v. c. שבט (quod nostro voc. simillimum est, et a Syr. *شبه* extendit, ut מטה ab Ar. *نط*, in quo eadem vis inest, descendit) 2 Sam. XVIII, 14. قصب et aliae Arabum imprimis voces. Sed quomodo vlcus, quod in verbis אמר סלה latere videtur, sanabimus? Quid? si ita ea diuiseris: אמר סלה mater *sagittarum*, h. e. arcus, vel pharetra, quemadmodum *sagittae* Iob. XLI, 20. בני קשת filii arcus, et Thren. III, 13. בני אשפה filii pharetrae dicuntur. Arab. *سهم* sagitta, a rad. *سهم* misit, vnde et *سهم* missio iaculatus, et *سهم* qui vel quidquid mittitur, ventus, equus cet. Eodem forte respexit ἄλλος, qui vertit ἐχορτασας βολιδας της φαρετρας αυτης, שבעה מטות אמר סלה. Tum variis modis verba iungi et explicari possunt:



1) קשתך שבעת אם רסלה *arcus tuus satiatus est sagittis pharetræ.* 2) עריה תעור קשתך *magna imbrium effusione saeuit arcus tuus, satiatus est sagittis arcus; vel שבעת f. arcum; vel שבעת ממות אם רסלה plena est telis pharetra; vel etiam שבעת f. שבעת impleuisti telis pharetram; (coll. Ar. سبغ completus fuit, et in Coni. II. completum reddidit, unde سابع completus, amplus, diffusus) vel denique, quod ceteris praestat, שבעות satia- ta sunt tela arcus f. pharetræ scil. sanguine hostium. Sic gladius Dei cruore ebrius vocatur Esa. XXXIV, 5. 6. Ier. XLVI, 10, et al. Similiter gladii vel tela fitire, haurire, bibere, libare, delibare, degustare sanguinem, vel satiari cruore dicuntur, in Michaelis Chrestom. Arab. p. 50. 76. et 114. edit. prior. Virg. Aen. XI, 804. XII, 376. (vbi v. Cel. Heyne) Claud. in Rufin. I, 357. Sil. Ital. IV, 437. V, 274. (vbi v. nota nostra) VI, 293. VII, 535. IX, 523. (ad quae loca v. Drakenb.) ἀσπις et βέλος αἷμα ἐπιεν in Anthol. Graeca I, 22. epigr. 1.*

et



et 4. γένεσθαι τινὸς ἐγχείησιν Hom. Il. Y. 258.  
 ἐγχείη ἱεμένη χροὸς ἄμμεναι ἀνδρομέοιο Il. Φ, 70.  
 βέλη λιλαϊόμενα χροὸς ἄσαι Il. O, 317. Nec  
 tamen diffimulo, arcum vel pharetram fal-  
 tem אַם רסלה *matrem sagittarum* dicen-  
 dam esse, nisi vel id ipsum reponendum,  
 vel in poeta, qui tot alia audacter nouavit,  
 etiam illud ferendum existimes. Suspicio  
 potius, verba אַם רסלה coll. Arab. *سج*  
*misit* cum seqq. connectenda, et hanc in-  
 terpretandi rationem reliquis praeferendam  
 esse: *עריה תעור קשתך catarractis saeuit* vel  
*omnia vastat arcus tuus, שכיעות מסות*  
*אם-רסלה נהרות תבקע-ארץ* *satia-*  
*ta sunt tela; si mittit arcus tela, fluuios diffindis terra,*  
 acriore scil. vento seu turbine oriente, quo  
 imum maris patere, et nudatos fluminum  
 alueos conspici poetae fingunt; (Cf. vs.  
 seq. et Psalm. XVIII, 16, LXXVII, 17, 18.  
 CXIV, 5. Virg. Aen. I, 81. sq. et 105. sq.)  
 vel *fluminibus findis terram*, seu *תבקע* *findi-*  
*tur terra*, h. e. ex terra, ingenti motu,  
 procella et coeli fragore conquassata aquae  
 profiliunt atque scaturiunt; (cf. Gen. VII,  
 11. vbi v. Michaelis vers. german.) nisi  
 malis, *fulminibus diffindis terram*, vel אַם-  
 רסלה *si mittit arcus fulmina, diffin-*



dit terram, siue תִּפְקַע *finditur terra*. Cf. vs. 6. Radix נָהַר proprie *peruium esse* significat, quod recte monet Tauris. in Michaelis Chrestom. Ar. p. 97. 98. edit. prior. A *peruio meatu* נָהַר, נֶהֱרַ, <sup>50</sup> flumen, et נְהַרָה Job. III, 3. Chald. נְהוֹר, Syr. נְהוֹרָה et Ar. נֶהֱרַ vel נֶהֱרַ *lux, splendor, dies*, et h. l. forte *fulgur*. Inde ipsa radix Aramaeis et Arabibus est *amplum, clarum et conspicuum esse, late patere et splendere*. Cf. Esa. II, 2. LX, 1. 5. Psalm. XXXIV, 6. vbi v. LXX, Chald. et S. V. Knapp. Michaelis Bibl. Or. T. XI. p. 180. 181. et Supplem. ad Lex. hebr. p. 1605. sqq. Vulgo etiam haec verba, vt sup. v. 8. ad transitum Israelitarum per Iordanem referunt: quidam vero, qui vertunt, *fluuios diffundit terra ex sese*, ad ea, quae Exod. XVII, 6. Num. XX, 11. Pf. LXXVIII, 15. et CV, 41. inemorantur.

v. 10. Poeta etiamnum inmoratur descriptioni horridae tempestatis: elegans autem est ac sublime, quo vtitur, phantasma, cum per se, tum propterea, quod omnis pictura pulchrius enitescit, si personis animatur. *Vident te montes*, inter fulmina et tonitrua adpropinquantem, et in-  
tremi-



*tremiscunt*: vt ap. Virg. Aen. VI, 256. *iuga*  
*coepta moueri Aduentante Dea*. Cf. Psalm.  
 LXXVII, 17. יחילו LXX. ὠδυσθησασι. Vulg.  
*doluerunt*; vnde vulgo: *dolore correpti sunt*.  
 Melius ἄλλος: παραχθησονται. Chald. et Syr.  
 יעו *moti sunt*. Cf. Michaelis Synt. Com-  
 ment. T. II. p. 166. ad Lowth. de P. S. H.  
 not. 22. 67. et 119. it. Supplem. ad Lex.  
 hebr. p. 683. sq. עמים vel אמים, λαοί,  
 LXX. pro הרים — רם מים עבר — tremor (תרט  
*tremuit*) *aquas*, mare, inprimis mediter-  
 raneum, (v. sup. Argum. et inf. ad v. 15.)  
*transit*, peruadit; continuo coeli fragore  
 aqua commouetur et mare contremiscit.  
 Cf. locus nostro similis Psalm. LXXVII, 18.  
 vbi רם cum verbis יחיל, vt h. l. et רגו con-  
 iungitur: *contremuerunt aquae* (vt in vs,  
 praec. מים יחילו et רגו תהומות) *nubibus*  
 spissis et tonantibus. Possis etiam senten-  
 tiam h. l. ita expedire: *imber gelidus et*  
*conglaciatus, aquas, mare, transit*. Sic  
 noua procellae scena informatur, similis ei,  
 quae depingitur Esa. XXX, 13. Ezech. XIII,  
 11. 13. XXXVIII, 22. Psalm. XVIII, 13. 14.  
 יעו *congelauit, riguit*: quae notio etiam ad  
 Psalm. LXXVII, 18. transferri potest: *con-*  
*geluerunt aquae nubium*. Cf. Michaelis Sup-  
 plem.



plem. ad Lex. hebr. p. 647. 648. Idem vir  
 doctus in Bibl. Or. T. XXIII. p. 181. h. l.  
 מִיָּם *a mari mediterraneo*, ab occidente,  
 legendum putabat. Non male! Cf. Argum.  
 et ad v. 15. Qua ratione adsumta, h. l. ver-  
 terem: *tremor*, fragor coeli, vel etiam  
*imber gelidus*, *a mari mediterraneo transit*,  
 et Palaestinae ingruit. Hinc etiam verba  
 Psalm. l. c. exponi possunt: *tremuerunt a*  
*mari*, ab occidente, מִיָּם, *nubes*. Cel.  
 Schnurrer: *imber omnia inundauit*. Dathe:  
*aquarum gurgites erumpunt*. Anonymus  
 interpres: *vehementes aquae* (רָם *vis rapida*,  
 a rad. רָם *perripuit*) *excedunt*, h. e. exun-  
 dant. Syrus et plerique interpretes voci  
 רָם *inundationis* significatum tribuunt, qui  
 fundamento satis firmo destituitur. ἄλλος  
 h. l. ἐν τῷ τὸν ἐξαισιον σου ὄμβρον διαλθεῖν διὰ  
 τῆς. נתן תהום קולו *vocem suam edit*, h. re-  
 sonat, strepit, *mare*. תהום *vox poet.* pro  
 vulg. ים, a rad. ים *fluctuauit*, *aestuauit*;  
 vel a rad. תהם, תָּהָם Con. II. *intensus fuit*  
*et ferbuit aestus*, unde תָּהָם<sup>511</sup> *aestus*, *ingens*  
*feruor*. Cf. Psalm. 77, 17. et Michaelis  
 ad Lowth. not. 43. et 87. נשא רום וריהו  
*alte vel in altum manus suas tollit* scil. mare.  
 An רום, vt Lat. *altum*, poetis mare dici-  
 tur?



tur? Audax autem est et nostris quidem, non vero Orientalium auribus insolens metaphora, qua fluctus, ventorum vi agitati, intumescences et in litora illisi manibus plaudentibus comparantur, more poetarum, rebus inanimis personam induendi. Cf. Psalm. XCVI, 11. 12. et XCVIII, 7. 8. ad quae loca v. S. V. Knapp. Anonymus vertit: *abyssus resonans in altum litora tollit*, h. e. aquarum exundationes consuetos litorum limites excedunt. יָרִים *latera*, et hinc *litora* dicuntur v. c. Exod. II, 5. et Deut. II, 37.

v. 11. שֶׁמֶשׁ יָרַח עִמָּךְ זָבֻלָה *sol, luna subsistit in sede sua*, זָבֻלָה (vt LXX. iam legunt, de quo v. ad v. 4.) h. e. in tentorio, quod orientes deserunt, et occidentes ingrediuntur. v. Psalm. XIX, 5. Cur vero in eo subsistunt? Num inde prodire non audent, quoniam cum tota natura Dei praesentiam quasi venerabundi celebrant? Quae est sententia Ill. Schnurreri, de qua v. Cel. Eichhorn Allg. Biblioth. d. bibl. Literatur T. I. p. 354. 360. An tacita quasi veneratione vel voluptate capti magnificam et augustam Dei fulminatoris scenam procul videre gestiunt? Sic fere apud Callim. H. in Dian. v. 180.



Θεὸς ἔποτ' ἐκείνον

Ἦλθε παρ' Ἡέλιος καλὸν χορόν. ἀλλὰ θεῆται  
Δίφρον ἐπισησας, τὰ δὲ Φάεα μνημόνονται.

h. e. *Deus numquam illum praeterit Sol pul-  
crum Nympharum chorum, sed spectat cur-  
rum inhibens, diesque producuntur.* An lu-  
men horum siderum corusco fulminum  
splendore hebetatum oculisque nostris erep-  
tum innuitur? An denique, quod ceteris  
forte praestat, in verbis nostris haec potius  
sententia inest: *sol lunaque commorantur in  
tentorio suo*, h. e. ipissis ab omni parte nu-  
bibus atrisque tempestatis tenebris ita ob-  
scurantur, vt nec sol die, nec luna nocte  
conspici possit. Id quoque arrisisse video  
Anonymo interpreti, qui monet, a Ioele  
planioribus illud et propriis verbis enuncia-  
ri, שמש וירח קררו cap. II, 10. et IV, 15.  
Vulgo his verbis ad Ios. X, 12. sq. adludi  
arbitrantur, neque defuerunt, qui solem  
Iunamque reuera aliquando in cursu suo  
(cuius certe h. l. nulla fit mentio) substi-  
tisse sibi persuaderent. Sed v. Michaelis  
ad Lowth. de P. S. H. not. 101. vbi verbis  
Iosuae ex nostro loco lucem adfundit. Si  
hic, inquit, (in Chabac. loco) vt saepe in  
carmine hebraeo, posterius hemistichium  
explicat prius, crebri fulminum iactus coe-  
lum-



lumque semper patens Israelitis pro sole fuerunt, totamque ita noctem illustrarunt, vt nullibi latere fugientes possent. לאור חציו יהלכו *splendide eunt sagittae tuae*, h. fulmina tua volitant et coruscant. Praefixum לָ ex substant. nonnumquam aduerbia format v. c. לבטח secure: vel לָ est id. qd. כּ, vt Psalm. IX, 5. al. nisi omnino באור refingendum. Syrus certe et *ὁ ὁ* vertunt: *in luce procedunt tela tua*. Dathe: *lucent sagittae tuae*. Eadem formula occurrit Psalm. LXXVII, 18. vbi S. V. Knapp contulit Arab. *علا* decidit, *praeceps vuit*, quae notio huic etiam loco bene conuenit: *Stralend schossen deine Pfeile herab*. Quod si tamen Arabismum h. l. in subsidium vocare licet, malim omnino cum Anonymo saepius laudato ita interpretari: *prae splendore*, vel *propter splendorem tuarum sagittarum*, h. radiorum vel fulminum, *euanescent*, (*علا* *perit*, *euauit*) h. non conspiciuntur, scil. sol et luna; *prae lumine fulguris hastae tuae*. Vulgaris explicatio, in qua Cel. Schnurrer adquiescit, haec est: *ad lucem telorum tuorum profecti sunt* scil. Israelitae. Sed horum in iis, quae antecedunt, nulla prorsus mentio iniicitur. וְחַי et חַיָּה pro vulg. בָּרַק, vt Psalm. 18, 15. 77, 18.



18. et 144, 6. Sic *fulmen* poetis Romanorum, v. c. Virg. Ge. 1, 332. *telum*, Graecorum Διὸς βέλος dicitur, vt Pind. Olymp. X, 96. βροντᾶν καὶ πυρπάλαιμον βέλος Ὀρσικτύπῃ Διὸς cet. De v. נונה, quod h. l. תֵּן אֵשׁ respondet, v. ad v. 4. ברק הניתך, *fulgur sagittae*, h. e. fulmina, vel *fulmina corusca*.

v. 12. Obserua delectum verborum, in quibus magna vis est ad rei dignitatem suauitatemque sensus augendam. עץ exquisite pro vulg. יך, propr, vt Arab. لاس, *magno passu*, valido et firmo gressu, *incedere*. שרר *triturare*, et quia in Oriente iumentorum pedibus tritatur, *conculcare*, *conterere* significat. Hebraeorum poetae ab area et tritura, vt vniuerse a moribus et vitae communis consuetudine, artibus, ludis ac disciplinis, quibus instituebantur, imagines desumere solent. עץ cod. 1. prim. 1. et Alexandrini, qui vertunt ὀλιγωσεῖς, vel, quod alii libri exhibent, ἐλαττωσεῖς. Male!

v. 13. Iam, finita hac splendida procellae deſcriptione, quae omnem lyriſci carminis vim, niſum et colorem ſpirat, ad primarium hymni argumentum enthuſiaſmi impetus fertur, Deusque, vt maiestatem ſummi numinis decet, fingitur hoc tonitruum



truum terrore auxilio suis venire, eosque, prostratis Chaldaeis, in libertatem vindicare. Quae imago Hebraeorum poetis frequentissima et fere propria est. v. Argum. Vates autem noster, omnibus transeundi formulis, ex more lyricorum poetarum, omiſſis, qui *saltus* dicitur, confestim lectorem in medias res rapit et rem ipsam sub oculis ponit. Coelesti mentis instinctu prospiciens regni Chaldaici euerſionem, futuris rebus iam interesse sibi videtur: qua anticipatione nihil potest esse aptius ad res perspicue repraesentandas, vel efficacius ad animos fortiter adficiendos. *צאת ליִשׁע עמך* sic *egrederis, venis, in salutem*, vel, quod malim, *in victoriam* (v. ad v. 8.) *populē tui*. *ךָ מִשִׁיחַךְ* *in victoriam uncti tui*, vel potius *cum uncto tuo*, quo sensu *את* Gen. XV, 18. XXXIV, 31. XLII, 4. XLIII, 32. Iud. I, 16. 17. 19. 21. et alibi passim occurrit. Aq. et E. *ὁν χρισμ σου*. Vulg. *cum Christo tuo*. Voce *מִשִׁיחַ* plerique Christum, alii Mosen, alii Saulem, alii Dauidem, alii Iosuaem, alii alium innui arbitrantur. Sed si lectio vulgaris genuina est, probabilius videtur, Cyrum intelligere, qui Iudaeos Chaldaeorum dominatu liberavit, et Esaiæ, quem poeta noster saepius imitatur, cap.

C

XLV.



XLV, r. aliisque locis משיח dicitur. Cf. Michaelis not. ad verl. germ. h. l. Sed ob parall. membrorum magis fere probanda videtur sententia Anon. interpretis, Dathii aliorumque, qui משיח ad ipsum populum Iudaicum, cum Deo singulari aliqua ratione coniunctum, ei consecratum eiusque cultui obstrictum, referunt. Non ignoro quidem, in sacris literis non nisi reges fere et sacerdotes משיחים, reliquos autem Iudaeos בכרי, בחירי, ידירי, הסירי, עכרי, יראי et בני יהוה adpellari. Sed cur hanc anomaliam in poeta nostro, post tot alia audacter ab eo mutata, exhorrescamus? Praeterea Psalm. CV, 15. vox משיחים de Abrahamo eiusque familia adhibetur, et τῶν נביאים h. e. amicis, familiaribus Dei, singulari modo cum eo coniunctis, respondet. Denique משיחיה in plur. habent duos codd. Kennic. (Parisi. a. 1298. et Berol. a. 1334.) forte et duo alii ex Saec. XIV, LXX, (in cod. Alex. et Veron. τῶν σωῶντων τὰς χριστὰς σου, quam lectionem etiam Arabs expressit) Anonymus Graecus, (ὁρῶσασθαι τὰς ἐυλεντέας σου) et Hieron. qui vertit *Christos tuos*, et monet *Christos domini* omnes eos vocari, qui ex Aegypto exierint. Eandem lectionem praeter Houbig. probat Cel. Schroeder, qui ta-

men



men non Iudaeos vniuerse denotari putat, sed Saulem, Dauidem, Iosaphatum, Hiskiam aliosque, quibus opem tulerit Deus aduersus hostes. **לִישׁׁע** διὰ Ἰησοῦ Edit. sexta. —

**מַחַצַּת רֶאֶשׁ מַכִּית רֶשֶׁע** *percutis*, frangis, *potentiam* (propr. verticem, cacumen, fastigium) *domus iniustae*, vel *populi iniusti*, h. e. Chaldaeorum: nisi malis: *percutis fulmine*, vel *conculcas caput regionis impiae*, h. metropolin Chaldaeorum, vel *percutis caput*, capita, *populi iniusti*, vel *urbis iniustae*. **רֶאֶשׁ** etiam poetice et collectivae accipere licet. v. Michaelis Colleg. crit. super Psalm. CX, 6. p. 605. Ἄλλος h. l. καττοξεύσας κεφαλὰς ἀνθρώπων ὑπερηφάνων. **פַּסִּים** *pasim* vel *urbs*, (v. c. Assem. Bibl. Or. T. I. p. 341.) vel *regio* et *populus* dicitur e. g. in Michaelis Chrest. Syr. p. 9, 10. al. Cf. Amos I, 5. Job. VIII, 17. (vbi v. Schultenf.) Michaelis Supplem. ad Lex. hebr. p. 173. et quae monui in Symbolis ad interpr. S. C. T. I. P. I. p. 48. LXX. vertunt, ἐβαλάς εἰς κεφαλὰς ἀνομων θανάτου, vnde Barthius in Apparatu crit. suspicatur, eos pro **מַחַצַּת** vel **לְהַשִּׁיב** vel simile quid legisse. Sed **חַסֵּס** etiam *iactandi*, *huc illuc mouendi vim* habet, et si fides habenda Schultenfio in Vindic.



Orig. hebr. p. 145. sq. de Defect. ling. hebr. §. 75. sq. p. 69. sq. Clav. Dial. p. 229. 279. et in Comm. ad Iob. T. I. p. 135. radices  $\text{יָחַם}$ ,  $\text{יָחַס}$ ,  $\text{יָחַס}$  et  $\text{יָחַס}$  proprie significant *haurire aquam commota, aut huc illuc iactata urna*, (Cf. Psalm. XVIII, 39. et Num. XXIV, 8. vbi verbo  $\text{גָּרַם}$  respondet) et hinc *haurire cruorem, frangere, quaterere, in primis incutere pedem, concutere aliquid pede*. Posterior notio nostro forte loco aptissima est, et formula loquendi  $\text{שָׂרַף יָחַם}$  petita ab antiquo victoris more, quo contentus et insultationis causa caput et colla deuictorum calcabat. Cf. Psalm. LXVIII, 22. 24. et CX, 6. vbi v. Michaelis in Colleg. crit. p. 604.  $\lambda\alpha\acute{\xi}$  ἐν σήθεσι βαινῶν dixit Hom. Il. N, 618. vnde Aristoph. in Equit. p. 596.  $\beta\alpha\lambda\eta\acute{\nu}$  πατήσεις καὶ τρατηγὸς κλασθήσεις, Anacr. Od. XLVI, 6.  $\text{Σοφίη}$ , τρόπος πατεῖται, Sophocl. in Electra, ἐχθροῖσιν αὐτῆ ζωνί ἐπεμβῆναι ποδι, et in Aiace εἰ γὰρ θανόντι καὶ προσεμβῆναι σε χρὴ Cf. not. nostr. ad Sil. Ital. III, 85. VI, 414. et 550. Hinc Cel. Schnurrer in terpretatur: *conculcasti capita eorum*, ( $\text{יָחַם}$ ) *qui erant de gente iniqua*. Vulgo voce  $\text{שָׂרַף}$  regem quendam aut principem hostium denotari sibi persuadent, quod varias peperit coniecturas, quibus immorari nihil



nihil adinet. Caue tamen potissimum, ne adfentiaris Dathio, qui suspicabatur, sermonem esse de Arbace Medorum et Belesi Babyloniorum satrapis, qui a Sardanapalo Assyriorum rege defecerint et Niniuen obpugnauerint. Nam vates noster Chaldaeorum, non Assyriorum fata in toto carmine suo persequitur. —

ערות יסור ער-צואר  
 Alexandrini explicant: ἐξηγειρας δεσμωσ εως τραχηλσ, vnde Barthius existimat, eos legisse נערת. Sed vel radices עור et ערה, vt passim, confudisse videntur, vel ipsi quoque radici, ערה, Ar. عربي, proprie vis *prominendi*, *surgendi*, (v. inpr. Zeph. II, 14. et Esa. XIX, 7.) et hinc in Piel *tollendi* atque *eleuandi* subiicienda est; quod pluribus docte probauit Funk. in Symb. ad interpr. S. C. p. 4. fqq. vbi praeter alia obseruat, מתערה Psalm. XXXVII, 35. bene a LXX. ἐπαιρομενου, et a Vulg. *eleuatum* reddi, et מערה Iud. XX, 33. *locum eminentiorem* f. *collem* dici. Anonymus graecus vertit: εως αβυσσος της θαλασσης καταδυσανται, putans forte, imaginem petitam esse a diluuiio vel aquarum copia, qua quis a calce ad collum obruitur mortemque praesentem videt. Cf. Esa. VIII, 8. XXX, 28. Syrus interpretatur: *et nudasti eum a fundamentis vsque ad col-*  
 C 3 *lum,*



lum, et Vulg. *denudasti fundamentum usque ad collum*. Hinc orta vulgaris versio: *denudando*, diruendo, vel *denudasti fundamentum*, vel *a fundamento usque ad collum*, quod credunt dictum esse pro, funditus euertis scil. domum istam, tam suprema quam infima diruis. Comparant similem loquendi rationem, qua quis a capite ad calcem exui atque nudari dicitur. Sed ab illa longe differt nostra, et aedificium, a quo formulam nostram desumptam censent, a fastigio ad fundamentum, non a fundamento ad fastigium, destruitur. Cf. Michaelis not. ad versionem germ. et Cel. Schnurrer ad h. l. nam ceteri, quos consului, interpretes graues, quibus vulgaris explicatio laborat, difficultates vel omnino non animadverterunt, vel certe dissimularunt. Anonymus interpres haec adnotat: „*כִּסּוֹ* constat de *fundamento*, folio dici, h. l. exprimit: usque ad pedes, qui in folio subsistunt. Adumbrationes hae illius aetatis, qua victos hostes victores inhumaniter tractabant, genium prae se ferunt. Sensus igitur est: Ita, vt iam descripsi, tu incedens vindex calamitatis, a Babyloniis nobis illatae, victor ipsos inhumaniter tractas, percutis nimirum regem populi huius nefan-



fandi, denudans eum a capite ad calcem.,  
 Dathe: *funditus eam domum euertis.* Ill.  
 Schnurrer: *nudasti* (ערוֹת Infin. pro Praet.  
 עֵרִית) *imum* (maris Arabici, in transitu  
 Israeuitarum) *ad collum* aqua pertigit,  
 עַד-צִוּאָר pro עַד-צִוּאָרִים הַיָּם. Mea quali-  
 cumque sententia ex vulgari lectione sen-  
 tentiam satis commodam non facile efficiet,  
 qui sensum habet morosiores, et verba  
 עַד-צִוּאָר, quoquo te vertas, semper impor-  
 tuna sunt et offendunt. עֵרִית *ornasti*, vel  
 certe ערוֹת *ornando*, a. r. ערה Theodot. le-  
 gisse videtur. יסור Bibl. Hooght. et forte  
 οἰό, qui δεσμεύς *vincula* habent, quae pro-  
 prie מוסרים vel מוסרות dicuntur. עַד-צִוּר  
*vsque ad rupem*, in qua domus exstructa est,  
 non male coni. Cappellus, prob. Houbig.  
 nec improb. Michaelis in not. ad vers. germ.  
 h. l. Vellem vtique alia lectio ad manum  
 esset: nam vulgata omnino mendum redo-  
 let. Sed quum omnes et codd. MSS. et  
 verss. antt. eam tueantur, modestus certe  
 criticus illam sollicitare religioni habebit.  
 Suspicio itaque, vel ipsis, quibus poeta  
 noster vtitur, verbis exquisitiorem nobisque  
 ignotum sensum inesse, (quae etiam suspi-  
 cio est Michaelis in Bibl. Or. T. XXIII.



p. 182.) vel librariorum siue incuriam siue  
 stuporem peruersis punctis vocalibus lite-  
 risque perperam diuisis tenebras illis ob-  
 duxisse. Ne igitur in re obscura quidquam  
 intentatum relinquam, moneo, pro ערות  
 etiam ערות reponi posse, a. r. ערר, quam  
 restituit Funk l. l. p. 11. fq. collata rad.  
 Ar. عرر, quae de quocumque *hiatu*, v. c. de  
*fissura vestis* s. cutis, de adolescente rerum  
 vsu destituto, (qui nobis *leerer Kopf* dici-  
 tur) de auibus, quae pullos cibant et quasi  
*hiscere faciunt*, de inani et *cassa verborum*  
*copia*, (vt Lucretii formula vtat) qua ali-  
 quem decipimus, Coran. Sur. VI, 69, 112.  
 130. VII, 21. 49. al. vsurpatur. Inde iudi-  
 cio satis probabili colligit, verbum ערר  
 propr. et intrans. significare, *vacuum*, *ina-*  
*ne esse*, *hiscere*, *rimis fatiscere*, et transit.  
*rimas agere*, *percurrere*, *diruere*, quo sen-  
 su occurrit Esa, XXIII, 13. vbi Chald. פנרו  
 et Hieron. *suffoderunt* vertit; Ier. LI, 58.  
 vbi LXX, habent κατασκαφησεται et Vulg.  
*suffossione suffodietur*; et Psalm. 137, 7. vbi  
 verba ערו-היסוד ערו exponenda sunt, *dirui-*  
*te usque ad fundamentum*, LXX, εκαθενεθε,  
 Vulg. *exinanite*. Cf. S. V. Knapp ad Psalm.



CII, 18. vbi ערער *desolatum* denotat. Quae quum ita sint, non male ערות ער-יסוד vel ערות יסוד ער-צור legere, et haec verba eo sensu capere possis, quo in simili loco Psalm. 137, 7. ea adcienda esse modo dixi. Quid vero? si mutata tantum literarum diuisione carminis dignitati ita consulas:

מחצת ראש מבית רשע  
ערות יסוד ער צוא רסלה

Haec duplici, ni fallor, ratione intelligi et parallelismo membr. consulto explicari possunt, vel illa: *Percutis fulmine vel conculcas caput, regem, populi iniusti; euertis principes hostis luce teli*, h. e. corusco fulmine; vel hac, quam equidem praetulerim, *conculcas, siue quatis*, h. euertis *caput terrae impiae*, metropolin Chaldaeorum; *diruis fundamentum aeternum vel seculi*, h. urbem et imperium, quod per secula firmum stetit et aeternum fore videbatur, *splendore sagittae*, fulmine micante. Tum יסוד respondet Arabico <sup>5</sup>وساد, *cervical, lectus, super quo decumbitur*, et hinc *summus senatus, concilium amicorum*, quod vulgo *Diuan* et Hebraeis plerumque סוד pro יסוד dicitur, a. r. יסוד, Ar. وساد *substravit, subposuit capiti cervical.* v. Michaelis Supplem. ad Lex.



hebr. p. 1100. ער potest esse id. qd. Ar. <sup>עָדוּ</sup> <sup>עָד</sup> <sup>עָדוּ</sup> siue <sup>עָדוּ</sup> <sup>עָדוּ</sup> <sup>עָדוּ</sup> *hostis*, (a rad. <sup>עָד</sup> *iniquus, iniustus, infestus, hostis fuit*) vel *multitudinem, aeternitatem*, seu potius, quae propria eius vis est, *seculum* denotare, a rad. <sup>עָד</sup> *numeravit*, vnde <sup>עָד</sup>, <sup>עָד</sup>, <sup>עָד</sup> et <sup>עָדוּ</sup> *numerus, multitudo, seculum*. Cf. Michaelis, Append. ad Bibl. Or. T. XIV. p. 147. et 207. צָוָה, Arab. <sup>ضَو</sup>, <sup>ضَو</sup>, <sup>ضَو</sup> et <sup>ضِيَاء</sup> *lux, splendor*, a r. <sup>ضَاء</sup> *luxit, emicuit ignis*. De voc. רָסָה v. ad vs. 9. Ceterum malo iudicium fultinere, quam incerta pro certis venditare.

v. 14. Etiam haec verba sunt perobscura. LXX. vertunt: *διεκρίψας ἐν ἐκτασει* (forte *ἐκτασει, extensione*, h. virga f. manu extensa, quod iam coniecisse video Lamb. Bos. Proleg. in LXX, c. 3. collato Ier. XXI, 5. et Ezech. XVII, 3.) *κεφαλᾶς δυνασῶν, σειςθησονται ἐν αὐτῇ. Διανοιξάσι χαλινῶς* (f. *χλαινῶς*, iudice eodem Bosio, qui eos *חֲלִיצוֹת* legisse suspicatur: sed forte *חֲלִיצוֹת* contulerunt cum Ar. *غلظ* vel *غلظ* *grossus pannus, crassities panni*) *αὐτῶν, ὡς ἔσθων πτωχῶς* (πτω-



(πτωχος) λαθρα. Miras inde lectiones ex-  
 sculpunt, de vitiis, quae in ipsam versio-  
 nem irrepserunt, parum solliciti, Barth.  
 in Appar. crit. et Cappellus Crit. S. T. II.  
 p. 607. vbi v. Cl. Scharfenb. Vulgatus:  
*maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum  
 eius, venientibus vt turbo ad dispergendum  
 me. Exsultatio eorum sicut eius, qui deuor-  
 rat pauperem in abscondito.* Anonymus Gr.  
 ἐξεδίκησας μετα δυναμεως σου (כַּמְשִׁיךְ; non ma-  
 le) τες αρχηγους των αμαρτωλων (פְּרוֹים paga-  
 nos more loquendi, qui ipsius aeuo inua-  
 luerat, de ethnicis adcepit) τες πεποιδοτας  
 (f. יסכרו a. r. סָפָה speravit, confusus est)  
 ἐπι τη αυθαρεια αυτων, (f. עריצתם violentia,  
 arrogantia eorum) ενειεν τε καταφαγειν τους  
 πτωχος λαθρα. Syrus: *perfodisti sceptris eius  
 capita principum eius, qui confidebant  
 (יסכרו) audaciae suae, (עריצתם) vt come-  
 derent pauperes in occulto.* Aquila: του  
 διασκορπισαι γαυριαματα αυτων (להפיץ עריצתם)  
 του φαγειν πεινητας αποκρυφως, et similiter  
 Symm. *επελθοντας σκορπισαι γαυριωγτας ωσε κα-  
 ταφαγειν κρυφως.* Chaldaeus: *Secasti mare  
 virga eius (Mosis) et fortes principes exer-  
 citus Pharaonis, qui machinabantur machi-  
 nationes aduersus populum tuum, egisti eos  
 vento procelloso, eos demersisti in mare Supb,*  
 prop-



propterea quod fastidiuerunt et in seruitutem  
 redegerunt populum tuum, et clam consulta-  
 runt (עצתם) de interitu eorum. Dathe,  
 qui suffixa voc. פרוי et מטוי ad ראש in  
 vf. praec. referebat: *diris deuoues* s. destru-  
 ctioni addicis *caput pagorum*, metropolin,  
 Niniuen, *per principes eius*, (scil. ראש טס  
 h. e. Sardanapali, cuius satrapae Arbaces  
 et Belesis מטוי vocantur ab insigni princi-  
 patus sui) qui *turbinis instar me* (nos Iu-  
 daeos) *inuadebant, ut me dispergerent* cet.  
 Sed, vt alia taceam, vid. quae ad eius ex-  
 plicat. vf. praec. notauit. Anonymus inter-  
 pres: *tu caedis caput imperatorum* Chaldaeo-  
 rum *ipsis suis quasi fascibus* cet. h. e. omni  
 nocendi vi eos destituis, et tum tamquam  
 victor in eos inclementer agis. מטות putat  
 esse insignia principatus s. imperii, quo ad  
 male vexandos Iudaeos vsi sint, et פרוי *im-*  
*peratorem*, principem rerum gerendarum,  
 א r. פרץ *segregauit, discreuit*, in Coni II.  
*statuit pro sententia sua, modum praescripsit*,  
 in Coni. III. *litem diremit*. Cf. Cel. Schnur-  
 rer Diff. philol. ad Iud. V, p. 11. Hinc et  
 oi ó h. l. δουξων. Vulg. *bellatorum eius*. Syr.  
*principum eius*. Chald. *fortes principes*, et  
 Iud. V, 7. LXX, δουξοι, ibid. et v, 11. Vulg.  
*for-*



*fortes.* Sed vsus loquendi בְּמִטּוֹתָיו in plur. dici iubet; quod etiam valet aduersus explicationem Michaelis in not. ad vers. germ. h. l. *transfigis telis eius* (רֵם מִטּוֹתָיו v. 13.) *caput planitie eius*, (פְּרִיזוֹ vel in plur. פְּרִיזוֹ, coll. Arab. <sup>50</sup>فِرَازٍ *planities*, de quo v. Mich. Bibl. Or. T. XI. p. 136. et T. XXIII. p. 184.) h. e. regem Babylonis, vel ipsam hanc Chaldaeorum metropolin, in planitie sitam, *qui turbinis instar veniunt ad me dispergendum* cet. Quonam suff. רֵם פְּרִיזוֹ referri posset, ipse huius versionis auctor ignorabat. Ill. Schnurrer interpretatur: *pertudisti baculis tuorum* (בְּמִטּוֹתָיו scil. עֵמֶד vel מִטְיָהָ) *capita ducum eius*: (Aegyptiorum, in mari Arabico pereuntium, coll. Psalm. LXXIV, 13. 14.) *turbinis instar irruerunt ad me dissipandum, exsultabant absumenturi inopem in recessu*, h. e. Israelitas mari Arabico, magnis desertis et Aegyptiis cinctos, Exod. XIV. XV, 9. Praetermitto alias VV. DD. coniecturas, quae ad rem expediendam non plus proficiunt. Maximas difficultates adferunt cum suffixa in מִטּוֹתָיו et פְּרִיזוֹ, quae quo pertineant haud facile dixeris, tum ipsa haec vocabula: nam prius, si est plur. num. voc. מִטּוֹתָיו, semper terminationem femin.



min. habet, nec, vt vulgo faciunt, de *tribus* adcipi potest. Quod vero ad posterius adtinet, Kri non minus quam Cthibh difficultate laborat, et vulgaris opinio, qua *pagos* vel *pagorum incolas* innui putant, admodum dubia est et orta ex vers. Chald. quae פרוז Iud. V, 7. per קרוי פצחיה *urbes villarum* expressit. Si ad versf. antt. et codd. MSS. confugias, parum praesidii inde petas. במטו tamen in sing. exhibent 3 codd. Kennic. et ין sup. ras. vnus. ישערן codd. Kennic. 112. et 225. Cf. Michaelis Bibl. Or. T. XXIII. p. 183. 184. Fortasse et huius loci sententia sola punctorum vocalium mutatione restitui potest: נקבת במטיו ראש פרוז *percutis telis, fulminibus tuis in equis suis capita* (ראש collectivae vt v. 13.) *imperatorum, ducum, eius, scil. רשע רע בית* h. e. Chaldaeorum. Qua ratione adsumta, suffixa ad idem subiectum pertinent; et quam aptus inde exoriatur sensus, non dubitabis, si memineris, Chaldaeos equitatu, inprimis valuiffe. v. cap. I, 8. Ier. IV. et V. מטו, Arab. سطيّة *equus, iumentum, a rad. سطا properanter incessit, ad eiusmodi incessum compulit iumentum, unde et سطا fuga,*



fuga, vel *dorsum*, et *سوط* socius. De voc. פרויו iam supra disputavi. Nisi a recepta lectione recedere religio esset, cum Anonymo Graeco legerem במטויך, *percutis telis*, fulminibus tuis capita ducum eius: vel פרשיו pro פרויו, *percutis in equis suis*, vel כמטויך *telis tuis capita equitum eius*. — יסערו להפיצני *turbinis instar invuerunt ad me dispergendum*, (propheta popularium fuorum verbis et nomine loquitur) vel, si malis, *inundandum*, vt adumbretur imago exercitus hostilis, *terrentis aquae vel turbinis atri more furentis*, vt ap. Virg. Aen. X, 603. et Hom. Il. E, 87. 88. — עליצתם כמר על אכל עני במסחר *quorum exsultatio erat quasi* (quod vellem minus langueret!) *ad deuorandum*, h. e. qui exsultabant deuoraturi *miserum*, inermem et omni ope destitutum, *in occulto*, vel potius *in latebris*, in insidiis, more ferarum, quae in latibulis se abscondunt, ex inproviso in praedam profiliunt, et in caueis suis conficiunt. Cf. Psalm. X, 8. 9. XVII, 12. LXIV, 5.

v. 15. Poeta iterum ad fulminatoris et vindicis Dei imaginem relabitur, sed lineas tantum picturae ducit, quam supra absoluerat. ררכת בים סוסיך *calcas in mari cum equis*



*equis tuis tonantibus.* Primum *calcare* magnifice dicitur pro ire vel vehi; deinde *δευῶς* ipsi Deo tribuitur, quod proprie ad equos spectat. סוסך pro בסוסך; quod si quem offendit, auctor sum, vt hoc voc. mutatis accentibus membro seq. iungat, vel prae-eunte Cel. Schnurrero interpretetur: *inmissi* (יִרְכַּתְּ) pro יִרְכַּתְּ) *in mare equos tuos.* Imaginem nostram vulgo ad transitum Israelitarum per mare Arabicum, quem tempestatis ope a Deo effectum arbitrantur, referunt. Sed Hebraeorum poetis etiam solenne est, tempestates ita adumbrare, vt in occidente marique mediterraneo oriantur, et hinc Palaestinae ingruant. Cf. Psalm. XXIX, 3. et alia loca, quae sup. in fine Argum. laudauimus. In eo tamen non argutandum videtur, quod huius maris in fine demum carminis mentio iniicitur, quum tamen ibi primum nubes in coelo cogantur et tempestas cooriatur. Nam vates noster iam sup. v. 10. eius meminit, et poeta *εὐθεος*, rei, quae fortiter eum feriit, plenus, non tam accurate imaginum ordinem seruat, sed vel ad eandem nonnumquam redit, vbi haec mentem eius inprimis deliniuit, vel continuo, vt noua animus subit fortiusque adficit, ad eam ample-



plectendam eius huiusmodi vi abripitur. —  
 Verba מים רבים, vario modo exponi  
 possunt. 1) Calcas *molem* siue *cumulum*  
*aquarum multarum*, (vt Syr. et Chald. ver-  
 terunt) quod vel ad notionem מים ים exor-  
 nandam spectat, vel fluctus fluctibus ad-  
 cumulatos designat. מים et מים Aramaeis  
 et Arabibus est *colligere*. Cf. Exod. VIII, 10.  
 et Iud. XV, 16. 2) *aestum aquarum multa-  
 rum*, aquas aestuantes. מים aestuauit, fer-  
 buit. Idem significare rad. מים, ex deri-  
 uato eius <sup>מים</sup> מים feruentior pars aestatis col-  
 ligas. Cf. Psalm. XLVI, 4. 3) *turbans*  
 (מים) *aquas multas*, mare vel tumidos  
 fluctus, vi procellae et ventorum. מים in  
 Coni. III. *commiscuit, turbauit*: quae signi-  
 ficatio etiam Psalm. l. c. apta est. Hinc et  
 LXX: και επιβιβασας εις θαλασσαν της υππας ου,  
 παρασσοντας υδατα πολλα, et Anon. Graecus:  
 ανεβιβασας επι θαλασσας της υππας ου, εταραχθη  
 τα εξαισια υδατα της αβυσσος; qui tamen מים  
 legisse videntur. Vulgo praeunte Vulgato  
 מים *lutum* interpretantur, et de limoso ma-  
 ris rubri vel Arabici fundo intelligunt. Mi-  
 nime tamen omnium arridet nobis explica-  
 tio Anonymi interpretis: Chaldaei sunt in-  
 star maris turbidi et efferuescentis, cui ne-

D

mo



mo ne adcedere quidem  $\alpha\pi\tau$ , quin deglutatur: sed tu, *Iehova*, procellosum hoc mare fulgurans quasi transgrederis et penitus illud domas. Dathe respici putabat Tigridis inundationem, qua factum sit, vt magna muri pars deiiceretur, per cuius ruinas Arbaces cum militibus suis irrumperet et sic Niniuen urbem expugnaret. Sed v. ad vs. 13. et 14.

v. 16. Verba expeditu difficillima, quae tamen non seiungenda sunt a superioribus, quibuscum arte ita cohaerent. Continuus coeli fragor subito et ingenti pauore pectus vatis percellit. Sed memor hoc faustum omen esse et indicium Dei vindicis, in nimbis curruque tonante suis auxilio venientis, mox animum fractum et demissum reuocat, laetusque nouam, quae impendeat, felicitatem mente praesentit.

$\text{שמעתי ותרגו כשני}$  *audio* (vocem Dei, tonitru, quod mox  $\text{קול}$  dicitur, et quod poeta  $\text{\epsilon\upsilon\theta\epsilon\omicron\varsigma}$ , qui futuris rebus interest, iam audire sibi videtur) et *commouetur*, contremiscit, horret, *animus meus*, intima mea: nam  $\text{בֶּטֶן}$ , vt Arab.  $\text{بَطْن}$  et  $\text{بَاطِن}$ , non tam *venter*, quam proprie quoduis *interius* vocatur, a. r.  $\text{باطن}$  *intimus fuit*. Cf. Prov. XXII,



XXII, 18. et Iob. XV, 35. Ἄλλος: ἐταξαμην  
 (שמתו) και ἀνεσατωθη τα σπλαγχνα μου. LXX.  
 ἐφυλαξαμην (שמרתו) και ἐπτοηθη η̄ κοιλια μου.  
 Vulgo שמעתו et הך ad effatum vel ora-  
 culum Dei referunt, coll. sup. v. 2. שמעתו  
 שמעו: quae ratio durior videtur ea, quam  
 nos proposuimus. — קהל צללו שפתי  
 ad vocem Dei, h. e. fragorem coeli, contrem-  
 miscunt (vt vulgo praeceuntibus Chald. et  
 Vulg. interpretantur) labia mea. Michaelis:  
 beym DonnerSchlage beben meine Lippen.  
 Tonitru poetis saepissime קהל יהוה dici, vel  
 tironibus nota res est. Sunt, qui קהל ex-  
 plicent: in voce, h. e. quum loqui vellem;  
 vnde Dathe: tremencia labia vocem interci-  
 piunt: quae est imago hominis, animo ita  
 perturbati atque constermati, vt, quod in  
 prouerbium venit, vox faucibus haereat.  
 Cel. Schnurrer vertit: ad vocem istam tinni-  
 vere mea labia. Radix קהל, Arab. قهه et  
 قهه, de omni fragore, sonitu, strepitu  
 et murmure, in primis vero de tinnitu ferri  
 (vnde קהל et קהל cymbalum) et aurium  
 (v. c. 1. Sam. III, 11. 2 Reg. XXI, 12 et  
 Ier. XIX, 3.) adhibetur: vnde vellem, h. i.  
 און pro שפתי scriptum esset. Cf. Michaelis  
 Bibl. Or. T. XXIII. p. 185. Difficultatem  
 D 2 vocis



vocis שפתי Syrus et Anonymus Graecus  
 sensisse, eamque propterea prorsus omis-  
 sisse videntur: eos enim לקבל מללה שפתי le-  
 gisse, Bahrtdt mihi non persuasit; Ille ex-  
 ponit, *propter loquelam labiorum meorum*:  
 hic, ἀπο της Φωνης τῶ σαματος σου, Alexan-  
 drini: ἀπο Φωνης προσευχης χειλεων μου: quare  
 Bahrtdt eos quoque מללה pro צללי in eodd.  
 suis habuisse putabat. Ego potius suspicor,  
 eos radices plane diuerfas, צלה et צלל  
 confudisse. Arabibus certe صَلَّ vlt. و in  
 con. II. est *precari*, vnde صَلَّ et صَلَّو pre-  
 catio, et locus precatationis, qui etiam صَلَّو  
 dicitur.

יבוא רקב כעצמי Vulgata: *ingrediatur  
 putredo in ossibus meis*, vnde orta vulgaris  
 explicatio: *venit putredo in ossa mea*, quae  
 hoc sensu adicipiunt: *consistere non possum,*  
*quasi ossa mea tabe vel putredine exesa es-*  
*sent.* Dathe: *ita adficior, tanquam si ossa*  
*mea tabe adrosa essent.* III. Schnurrer: *per-*  
*vasit tabes ossa mea.* Anonymus hymni no-  
 stri interpres, qui bene monet, non esse  
 tristitiae vel timoris, corpus putredine ad-  
 ficere, pro רגו reponendum putat רגו  
 quod non modo codex Regiom. 2. in marg.  
 exhibeat, (v. Lillenthal. commentat. crit.  
 p. 363, nam Kennicott id non notauit) sed  
 etiam



etiam veteres interpretes tantum non omnes in libris suis habuerint. LXX. εισηλθε τρομος εις τα οσα μου. Anonymus Gr. ανεδυ τρομος ε. τ. ο. μσ. Chald. *inuasit tremor sapientes*. Sed mihi quidem haec lectio parum probabilis, neque carminis elegantiae consentanea videtur, quoniam voc. רגז et modo praecessit, et mox sequitur. Poetam certe, qualis noster est, verbis quidem eiusdem significationis uti, non vero eadem toties repetere decet. Mea qualicumque sententia vel ipsum רקב *timorem* quoque denotat, quo sensu etiam Arabum رقب vsurpatur, vel vates noster scripsit רקר quod propter soni similitudinem et ignorantiam librariorum facile corrumpi potuit.

Arabibus certe ارتفاف *tremor* dicitur, a rad.

ترفت *tremuit*. Ita nihil est, quod in his verbis nos teneat et offendat: *timor*, vel *horror* et *tremor occupavit*, *peruasit*, *ossa mea*.

רתחי ארגו vulgo interpretantur: *et infra*, inferioribus corporis membris, pedibus vel genibus, *contremisco*. Sic Syrus: *et genua mea tremuerunt*. Alii רתחי vertunt *subter me*, in loco, quo consisto. Ita Vulg. *subter me scateat*. Chald. *in loco, quo remansi, commotus sum*. Dathe: *ut*



*consistere non possim.* Cel. Schnurrer: *contremisco, loco adfixus.* Sed Anonymus Gr. κατ' ἐμαυτον ἐταραχθην. Reliqui Graeci, LXX, Symm. et Theod. και ὑποκατωθεν μου ἐταραχθη η̄ ἔξις μου. Bahrdt collato Chaldaismo suspicabatur, eos legisse תרגו אשר. Ego potius crediderim, nullam lectionis varietatem iis obtrudendam esse, sed eos vel περιφρασιῶς verba ותחתי ארגו expressisse, vel voc. אשר illis iunxisse. <sup>50E</sup>أسر forma et constitutio corporis. Graecis autem ἔξις habitus corporis, et saepius ipsum corpus dicitur v. c. Iud. XIV, 9. Dan. VII, 15. Sir. XXX, 13. Symm. Thren. IV, 7. Hinc תחתי ארגו אשר vel אשר *infra contremisco corpore*, h. e. inferiore corporis parte, pedibus. Quae explicatio non profus damnanda videtur, nisi malis conferre Arab. <sup>50E</sup>أثر vel <sup>51E</sup>أثر *gressus, vestigium.* v. Michaelis Supplem. ad Lex. hebr. p. 140. Vox certe אשר multum negotii fecit interpretibus. Anonymo interpreti videtur esse vocula iungendi et h. l. idem fere quod כּי, in versione aut profus non, aut per iam reddenda. Vulgo tamen אשר quia vel quod interpretantur, et cum seqq. connectunt. Nisi coniecturis indulgere religio esset, hanc vocem loco mouendam, et post



post inferendam censerem. — אשר  
 Alexandri-  
 ni exponunt, Ἀναπαυσομαι ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως  
 μου, τὰ ἀναβῆναι με (alii codd. sine με) εἰς λαόν  
 (יגורנו vel certe מגורנו) παροικίας μου. Vul-  
 gata: *ut requiescam in die tribulationis: ut  
 adscendam ad populum accinctum nostrum,*  
 גְּדוּרֵינוּ. Anonymus Graecus: ταῦτα φυλάξεις  
 (f. תניח *quiescere facies, depones, reseruabis*)  
 ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως, ἐπαγαγεῖν ἐπὶ ἔθνος πολεμῶν τοῦ  
 λαοῦ σου. Chaldaeus: *quod reliquerit me*  
 (הניח) *in die angustiae, quo tempore ad-*  
*scendet transmigratio populi mei ex me, con-*  
*teret me,* יגורני. Syrus: *nam praenunciavit*  
*mihi et ostendit mihi diem calamitatis,* (אשר  
 חנה לי יום צרה) *quae veniet super populum.*

Ill. Schnurrer: *quod manere debeam usque  
 ad tempus calamitatis, donec veniat contra  
 populum (meum), qui eum inuadat.* Michaelis  
 in Bibl. Or. T. XXIII. p. 186. et Supplem.  
 ad Lex. hebr. p. 265. et 1613. *Ich wehklage*  
 נח med. و in con. I. et X. *planxit, fleuit,*  
*vlulavit, lamentatus fuit, vnde نوح<sup>5</sup> et*  
*نواحة<sup>5</sup> lamentum, planctus, et نواحة<sup>5</sup> la-*  
*mentatrix) über den Tag der Angst, der*  
*über ein Volk kommt, das unser Feind ist,*

D 4

יגורנו



יגרו a rad. גרר *inuasit*. יגרו sine ן codd.  
 Kennic. 89. et 107. Dathe παραφραζει: *quia*  
*video, me nullis precibus auertere istam cala-*  
*mitatem posse; adscensuram esse gentem Chal-*  
*daeam, quae nos depopulabitur.* Anony-  
 mus hymni nostri interpretes sensum h. l.  
 putat esse: Quiescam, h. e. non amplius  
 vaticinabor et quasi stationem speculatoriam  
 seruabo; (v. Cap. II, 1.) nam tempus ca-  
 lamitosum iam adpropinquare mihi videtur,  
 irruptio gentis, quae mox nostram terram  
 deuastabit, mihi ante oculos obuersatur.  
 Michaelis in vers. german. et Supplem. ad  
 Lex. hebr. p. 277. *Meine Knochen werden*  
*mürbe, die Füße zittern unter mir: Da ich*  
*doch am Tage der Angst Ruhe haben werde,*  
*wenn das Volk zu Felde geht, das gegen uns*  
*wohlthätig seyn wird, scil. Medi et Persae,*  
 duce Cyro, جاد proprie copiose cecidit plu-  
 uia, deinde liberalis, beneficus fuit, unde  
 جود *liberalitas*; quemadmodum etiam سبيل  
 torrens, زدي ros, مطر *pluuia*, familiaque  
 et Arabum et Hebraeorum verba ad libera-  
 litatem denotandam transferuntur. — Om-  
 nes, quos laudau, viri docti אשר ante  
 יגרו supplem, et plerique literam ך, voci  
 עם praefixam, prorsus negligunt, vel, quia  
 inportuna ipsis videtur, παρέλκειν arbitran-  
 tur.



tur. Verbum autem יגורני plene scriptum cum Vau ad radicem גור, non גרר *inuasit*, referendum est. Alios taceo scrupulos, quos explicationes VV. DD. mihi iniecerunt. Vt itaque in loco hoc difficillimo meum quoque iudicium, quamvis timide, interponam, crediderim, veram lectionem esse יגורני sine ן, quod duo codices et haud dubie plures, vel negligentius collati, vel nondum excussi, omittunt, nisi poeta literis transpositis יגורני scripsisse censendas est. Tum verba nostra cum iis, quae praecedunt, ita cohaerent: *quippe qui lamentabor usque ad diem angoris, donec venerit adversus populum Chaldaicum, h. e. bellum ei intulerit, יגורני qui vicem nostram dolet, scil. Cyrus: nisi malis, donec auxilio venerit populo meo, יגורני seu plene יגורני qui casum eius dolet.* Forte tamen praestat, voce אשר, ut supra monui, ad praec. membrum retracta, novi hic versus initium constituere, et haec verba cum iis, quae sequuntur, iungere, hoc modo: Sed *quiescam*, a curis et malis, quae nunc me vrgent, liberabor, *in die anxietatis, quum venerit cet. De die angoris v. Michaelis not. ad vers. german. h. l. Radix autem יגר Arab. وجت in Coni. I. et V. valet amore magno percitus et extra*



*se raptus fuit, eoque acer ac tristis fuit, questus est, doluit vicem alicuius.*

v. 17. 18. Conf. sup. Argum. Prior versus quasi prothæsin, et posterior apodosin complectitur. Vates noster, populi Iudæici personam ferens, mente quidem auguratur, se in regni Chaldaici interitu omnia sua amissurum et in terram quoque, ab hostibus antea funditus eversam, Palaestinam putari, rediturum esse: nihilo tamen secius, iacturam bonorum aequo animo fert, exploratum habens, hoc esse initium maioris, a Deo sibi promissæ felicitatis. *Quamuis, ficus non floreat cet.; tamen ego in Ioua et per eum exsultabo.* In toto autem hoc loco caueant tirones, ne arguentur. Qui enim sensu poetico eum legerit, nihil amplius in eo inueniet, nisi inaginem nouæ felicitatis, salutis et libertatis, non sine bonorum iactura recuperandæ. Ipsam itaque sententiam si artis coloribus et poetici sermonis ornatu denudaueris, restabit hæc, quam pedestris oratio ita fere extulisset: Si vel omnia mea amisero nudusque in patriam desolatam rediero; tamen in Deo spem et fiduciam repono. כחש *mentiri*, h. e. spem et expectationem fallere. Cf. Hos. IX, 2. X, 13. Ies. LVIII, 11. Solenni et venusta  
meta-



metaphora ager domino, tamquam creditori, *debere* et, si auidi coloni votis et expectationi non satisfacit, mentiri  $\psi\epsilon\upsilon\delta\omicron\sigma\theta\alpha\iota$ , dicitur. Sic *spem mentita seges* Horat. Epist. I, 7, 87. *fundus mendax*, et contra *segetis certa fides* Hor. Od. III, 1, 30. 16, 30. *Tellus nunquam mentita colono* Sil. Ital. VII, 160. vbi vid. nota nostra. Conf. Intpp. ad Horat. ll. cc. Broukh. et III. Heyne ad Tibull. II, 1, 19. et 6, 21. Heinf. ad Ovid. ex Ponto II, 9, 29. et ad Val. Flacc. VII, 229. מעשה *opus*, h. l. prouentus, fructus. Arbores enim saepissime Hebraeis dicuntur עשות *ברי*, vt mox in hoc versu עשה אכל, vnde in vers. Alexandr. et N. T. καρπὸν ποιεῖν *pro φέρειν*. Cf. Gen. I, 10. 11. XLI, 45. Psalm. CVII, 37. et al. passim. גֹּר מַמְכֵּלָה צֹאן *mactatur pecus e mandris*. Puncta vocalia mutauit, quoniam dura videtur vulgaris explicatio: *abripit*, vel *exscindit*, vel *mactat oues scil. hostis*. Syrus: *consumentur pecudes e gregibus*. Radix גֹּר, Arab. جَرَّ, non modo *secare*, *exscindere* et *vorare*, sed etiam *caedere*, *iugulare*, *mactare* significat, quod Anonymum interpr. iam monuisse video. Cf. etiam Michaelis Supplem. ad Lex. hebr. p. 291. 292. LXX ἐξέλειπον (al. ἐξέλιπεν) ἀπὸ βρώσεως πρόβατα, legentes forte גוע vel עוב *pro*



pro גור, et ממכלה pro מאכלה. vid. tamen Michaelis l. c. מכלה id. qd. מכלא, non ouile, sed *mundra*; *Hürden*, vt Lutherus vertit. Nam ouilia vel caulas Orientalibus in vsu fuisse, vix reperias. כלא et בלן *continuit, coercuit, inclusit*. Cf. Michaelis l. c. pag. 1271. רפת vel *stabulum*, vel *praesepe* denotat. קפת *fregit, comminuit*, vnde קפאת *res fracta minutatim ac friata*, et קפת *stramen*, quod tribulo secatur et comminuitur in Oriente. Hinc רפת etiam locus dici potest, vbi stramen reponitur. Talmudicis *houile* ita vocatur. Sed oi ó et Anon. Gr. ἐπὶ Φαρμακῶν interpretantur.

v. 19. *Ioua est robur et praesidium meum; dabit mihi pedes ceruinos, veloces, quibus celeriter ex hostium manibus effugere possim, h. e. efficiet, vt mox ex periculis, in quibus versor, evadam, et in loca mea excelsa, in tutum locum, deducet me et tuebitur.* Bene comparant loca similia Deut. XXXII, 13. et Psalm. XVIII, 34. vnde Anonymus hymni nostri interpretes colligit, poetam nostrum carminum antiquiorum decantatorum auditu, fortassis et lectione egregie fuisse imbutum. Idem monet, sensum h. l. esse: quam maxime spero, fore, vt tanta hila-



hilaritate ac vigore tandem almae patriae iuga adscendam, quanta imbutas videmus ceruas, si, partu graui feliciter peracto, pullis comitantibus ad altiores regiones tendere solent. Cf. Bochart. Hieroz. T. I. p. 893. Pro כְּאִילֹת LXX. בתְּכִילִית, *sis συντελειαν*, legisse, suspicatur Bahrđt, qui ad Iob. XXVI, 10. prouocat.

לְמִנְצָה בְּנִינֹתַי Vulgata: *et super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem.* Chaldaeus: *cuius (Dei) sunt victoriae et virtutes: proinde coram eo ego fides pulso בתושבֹּחֹתֵי cum hymno meo.* Anonymus Graecus, ταχίστως κατεπαύσατο. לְנִצָּחַן vel potius לְמִנְצָה (Infin. form. Chald.) legisse videntur LXX, τὸ νῆμα ἐν τῇ ὥλῃ αὐτῆς, et Syrus, *ut canam psalmum meum.* Lectionem לְנִצָּחַן probauit Dathe et, collato Syr. נִצָּחַ, *laudauit, celebrauit, vertit ut meis carminibus eum laudare possim:* monens, adfixum primae personae contexto esse aptissimum, et haec verba, si inscriptio carminis essent, non in fine sed initio ponenda fuisse. Sed probabilior videtur sententia Cel. Schnurreri, qui suspicatur, haec verba esse subscriptionem carminis, seriori aeuo adiectam, et de cantu choroque instituendo praecipientem: quumque XL codi-



codices Kennic. כנגינות defectiue exhibeant, רבתי כנגינות cum superfluo Iod (vt רבתי pro רבה Thren. I, 1.) legendum esse, vt sit id. qd. על-נגינת Psalm LXI, 1. In eandem sententiam animum inclinauit Anonymus hymni nostri interpres, qui tamen suffixum Iod suspectum abiiciendumque censuit, sperans, hoc Kennicotti opere critico confirmatum iri: quae tamen spes eum fefellit. Idem verba nostra hoc modo interpretatur: נגינות sunt carminum decantationes, quas instrumenta musica comitabantur; (feierliche Reigengefänge heiliger, religiöser Chöre, a rad. נגן fidibus canere) מנצח, vt Ar. נاصח est is, qui cuiusdam rei auctor, *monitor* et *consultor* est, aliisque praeit, a r. נاصח *monuit, consuluit*; sensus huius epigraphes est, *Magistro, Musicis*, et nihil aliud indicare videtur, nisi quod hymni exemplar quoddam pro Chorago sit exaratum eique ita traditum, vt hymni ipsius decantationem instituere valeret. Vox למנצח in Psalmorum titulis ab antiquis et recentt. interpr. varie explicatur, quod mirum non est, quum multiplex sit radicis נצח potestas, quam excussere Schultens. in Comm. ad Prov. XXI, 28. in Floril.



Floril. Sent. p. 168, 169. et in Animaduersi-  
 ad Habac. 1, 4. S. V. Velthufen in Adno-  
 tatt philol. ad Ies. LXIII, 1-6. Fasc. II. p. 14.  
 15. Michaelis in libro germ. cui titulus est,  
 Beurtheilung der Mittel, die hebr. Sprache  
 zu verstehn p. 175. et inpr. in Supplem. ad  
 Lex. hebr. p. 1666. sqq. LXX et Vulg. ple-  
 rumque vertunt *εις τὸ τέλος, in finem*. Symm.  
*ἐπινίκιος φέρη*. Theodot. *εις τὸ νίκιος*. (Hi om-  
 nes non tam מְנַצֵּחַ legisse, quam hoc voc.  
 cum מְנַצֵּחַ confudisse videntur) Chald.  
 מְנַצֵּחַ *ad laudandum vel canendum*. Hieron.  
*victori*. Aquila τῶ νικοποιῶ. Syrus et Arabs  
 ybiuis fere hanc vocem omittunt. Schul-  
 tens. Floril. l. c. ita dici putat *monitorem*,  
 sed ad Prov. 1. c. *eum, qui sinceram puram,*  
*liquidam praebeat harmoniam, praefectum s.*  
*magistrum musices, choragum*. Cl. Pfeiffer  
 in libello germ. de musica arte veterum  
 Hebr. p. 8. מְנַצֵּחַ proprie *vincentem* esse pu-  
 tat, h. e. qui nobis *ein Virtuose* vocatur.  
 Simonis in Lex. hebr. et alii a *continuo* et  
*perenni* מְנַצֵּחַ *continuantem et urgentem opus,*  
*praefectum operi alicui, vt illud urgeat et*  
*continuandum curet, ἐργαδιωντην*, (qua voce  
 LXX, 2. Par. II, 2. 18. vtuntur, qui ibid.  
 XXXIV, 13. ἐπιστάτην habent) spec. vero *prae-*  
*fectum musicum s. Choragum* adpellari arbi-  
 E tran-



trantur. S. V. Schulz. in Comm. ad Psalm. XLIX, 1. *instrumentalis musices peritum* inui existimat. Koehler in Repertor. Literat. bibl. et orient. T. III. ad Psalm. IV, 1. vbique לְנִצֵּחַ *ad canendum* refingit, et, vt Dathe h. l., ad auctoritatem antiq. interpr. prouocat; qui tamen, quod supra iam monui, quum vox toties occurrat, non sic ׀, sed aliis potius punctis vocal. לְמִנְצַח legifse videntur. Idem suspicatur Michaelis in Supplem. ad Lex. hebr. p. 1670. vbi recte, opinor, docet, לְמִנְצַח simpliciter vertendum esse, *musico vel cantori*, a. r. נָצַח *cecinit*. נִנְיָת dicuntur, puto, instrumenta musica, quae *pulsantur*, et fidibus vel chordis resonant, σνεύη κρούμενα, a rad. נָנַן *pulsauit*. In Psalmorum titulis LXX. plerumque interpretantur ἐν τῇ ᾠδῃ. Chald. על חנניה *in tibia*, vnde eum בנחילות legifse suspicaris possis. Hieron. *in canticis*. Theodot. ἐν ὕμνοις. Melius Aquila ἐν ψαλμοῖς et Symm. διὰ ψαλτηρίων, a ψαλλειν *fidibus canere*. Syrus vbiuis vocem praetermisit, sed h. l. aequae Chaldaeus, exponit אֱלֹהֵי מִנְצַח *in psalmis meis*, vel *psalmum meum*. Michaelis: *auf der Harfe zu spielen*. Subscriptio itaque hymni instrumentum musicum, quod can-



cantum eius moderetur, indicat, vt inscriptio modulum, quo canendus sit: עֲשֵׂה שִׁירָה, quae verba Anonymus carminis nostri interpres non male, puto, exponit: *lugubri modulo decantandum*. Sed nollem contulisset Arab. <sup>5</sup>سَجَّعَ et <sup>3</sup>سَجَّعَ oratio rythmica, gemitus, a rad. <sup>3</sup>سَجَّعَ rythmice locutus est. Ego potius שִׁירָה cum שִׁיבֵנִי scribendum crediderim, a rad. <sup>3</sup>שָׁבַח tristis fuit, vel etiam <sup>3</sup>שָׁבַח anxius moestusue fuit. An שִׁירָה mollis atque placida cantio (Adagio) dici potest, a. r. <sup>3</sup>שָׁבַח quieuit? Plura de hoc voc. disputarunt Koehler l. c. ad Psalm. VII, 1. et inpr. Dathe ad h. l. vbi rectius forte Syr. <sup>3</sup>שִׁירָה cantio confert, et modos vel numeros indicari putat, ad quos hoc carmen vel compositum vel canendum fuerit. Michaelis instrumentum musicum, nobis ignotum, innui existimabat.

Ein



—————

## Ein Lied

Habakuks des Propheten im Klage-ton.

—————

2. Jehovah, vernommen hab ich dein Ora-  
kel und zittre.  
Jehovah, deine Wunderthaten — thue  
sie bald,  
Lafs sie bald kund werden!  
In deinem Zorn blick auf uns mit Er-  
barmen.
3. Gott kommt vom Theman her,  
Der Ehrfurchtswürdige vom Pharange-  
birge.  
Seine Majestät umhüllet den Himmel,  
Sein Ruhm erfüllet den Erdkreis.
4. Sein Widerschein leuchtet wie Son-  
nenglanz,  
Strahlen entsprühn seiner Rechte;  
Aber schwarzes Dunkel ist Hülle seiner  
Herrlichkeit.
5. Vor ihm her zieht der Tod;  
Raubvögel folgen seinen Tritten.
6. Er steht still — es wankt die Erde;  
Er blickt — es zittern Nationen,  
Ewige Berge zerpringen,  
Urhügel senken sich herab,  
Pfade, worauf er wandelte vor Alters.

7. Voll



7. Voll Zagens erblick ich Cufchans Hüt-  
ten,  
Es schauern die Zelte in Midians Lan-  
den.
8. Auch gegen Flüsse entrüstet sich Je-  
hovah?  
Auch Ströme trifft dein Zorn? das Meer  
dein Grimm?  
Du besteigst deine Rosse,  
Und Sieg ist dein Wagen.
9. Schaudervoll blendet dein Bogen,  
Und tränkt die Pfeile mit Blut;  
Er schleudert Blitze, und spaltet die  
Erde.
10. Dich schaun Gebirge und beben,  
Ein Hagelwetter raffelt auf dem Meer,  
Das Gewässer brauset,  
Hoch thürmt es die Wogen.
11. Sonn' und Mond weilen in ihrem Zelt;  
Vor deiner Pfeile Lichtglanz schwin-  
den sie,  
Vorm Strahl deines blitzenden Spießes.
12. Dräuend durchzeuchst du den Erd-  
kreis,  
Zürnend zermalmest du Völker.
13. Du brichst auf zur Rettung deines  
Volks,  
Zur Rettung deines geweihten;



- Zerschlägt das Haupt des frevelhaften  
Volks,  
Zertrümmerst die uralte Stadt mit dem  
Blitzpfeil.
14. Zerschmetterst auf ihren Rossen der  
Heerführer Köpfe!  
Mich zu überschwemmen stürmten sie  
los,  
Frohlockend, im Schlupfwinkel den Be-  
drängten zu fressen.
15. Du zerstampfst die Fluthen mit dei-  
nen Rossen,  
Die aufschwellende Wasserfülle.
16. Ich hör' es, mein Innerstes schaudert,  
Beim Donnereschall beben die Lippen,  
Schrecken durchfährt meine Glieder,  
Es zittern die Füße mir,  
Und doch schafft jener Angsttag mir  
Ruhe,  
Wenn zur Rettung des Volks der mitleidi-  
ge Sieger einherzieht.
17. Sprofst auch kein Feigenbaum,  
Trägt keine Frucht der Weinstock,  
Täuscht das Olivengewächs,  
Liefen die Gefilde keine Speisen,  
Wird das Schaaf aus der Hürde ge-  
schlachtet,  
Ist kein Rind an den Krippen:



18. So freu ich mich doch Jehovens einft,  
Jauchz' über Gott meinen Retter!
19. Jehovah, der Herr, ift Stärke mir;  
Er fchenkt mir hirschenschnelle Füffe,  
Und führt auf meine Höhen mich.

Auf der Harfe zu fpielen.

Haec vt fcriberemus, occasionem nobis praebuit fcholastica folemnitas rite indi-  
cenda. Nam aliquot difciplinæ noftrae  
alumni, orationibus publice habendis, diem  
optimi Regis noftri natalem agent, et ita  
ordine in fuggeftum adfcendent:

I. AVGVSTIN. RIEFFESTAHL, Staden-  
fis, vota pro *Salute Principis* et  
foluenda et nuncupanda Auditoribus la-  
tine praeibit.

II. NIC. LVDOV. SCHÜNEMANN, Sta-  
denfis, literarum lucem latius fparfam  
laetiffimamque ingeniorum culturam,  
(*Aufklärung*) quae noftra aetate tantope-  
re iactatur, non minus theologiae pro-  
fuiffe, quam verae religioni nocuiffe, ger-  
manico fermone docebit.

III. ANDR. CONR. HOLTHVSEN, Sta-  
denfis, quanta ex hac luce ad genus hu-  
manum commoda redundarint, teuto-  
nice exponet.

IV.



IV. HENR. FRANC. FRID. PLATE,  
Drochterfensis, de saeculi nostri felicitate,  
quae propter literarum lucem, per omnia  
latissime dispersam, vulgo quam  
maxime praedicatur, oratione germana  
disputabit.

V. ANTON. FRID. WILH. ELDER-  
HORST, Hertzbergenfis, Saeculum no-  
strum medio, quod dicitur, aevo lingua  
vernacula comparabit.


VI. IO. HERM. MATTH. POHLMANN,  
Mulsumentis, idem argumentum patrio  
sermone persequetur.

Quem actum solennem vt crastino die  
Musarum nostrarum Fautores, suo quisque  
loco et honoris, dignitatis, aetatis gradu  
honoratissimi, praesentia sua cohonestare  
ne grauentur, ea, qua possumus ac debe-  
mus, obseruantia et humanitate petimus  
atque contendimus. Scrib. Stadae d. III.  
Jun. A. R. S. MDCCXCII.














ffentlichen Lehramtes in Kirchen und Schu-  
rer Hinsicht auf eine gemeinschaftliche Vor-  
ger Kirchen- und Schullehrer. 8. 4 gr.

seine Grundsätze über das katechetische Wesen  
t, Vorschläge gethan und auch manche neue  
auch und Anordnung der Hauptstücke, gegeben.

er oben angegebenen Grundsätze auf das Ver-  
und Staat findet man in folgender Schrift:

chen- und Toleranzverfassung, aus den  
staatsklugen Indifferentisten, und mit  
gleitet von dem Herausgeber. 8. 12 gr.

sophischer Seite hat er die Ausführung seines  
schen in der Geschichte der Menschheit, das  
ichtigste Angelegenheit des Lebens und den un-  
n das Unendliche auf ein Ziel zu lenken, bes-  
d zu zeigen sich bemüht, daß die Philosophie,  
mit ihrer Vernunft sich brüstend spricht „Ich  
ne Marriin sey. Darauf geht folgende Schrift:  
e menschlichen Vernunft, als das erste  
r sinnlichen Welt in die sinnliche. 8. 8 gr.

charf bestimmten Sätzen und Beyspielen das  
sinnliche Wesen, d. h. über die wichtigsten An-  
u leiten und zwar zur Ausbildung des mensch-  
s in Schulen und zu Hause ist der Endzweck  
ehr erscheinen soll, unter dem Titel:

esen, und zwar 1) das sinnliche und  
Seele, 2) das verständige und vernünft-  
geistliche) oder der Geist, 3) das sittige  
der Wille.

572  
sind auch in unserm Verlage erschienen:  
n von einem Beobachter des theologi-  
Zeitgeistes. 8. br. 6 gr.

Craz und Berlach.

3